Monasterio Dominarum sancte marie de Aquilegia. Quapropter idem Dnus Patria per se suosque successores vice et nomine Aquilegien. ecclesie in contragambium dedit et permutavit dicto Dno Galcho pro se et suis heredibus et cui ius suum dare voluerit recipienti iure liberi proprii mansos et Bona infrascripta cum omni iure et immunitate garrito Advocatie copulatio et cuiuslibet alterius conditionis. salvo judicio quod spectat ad personam vel membrum malefactoris videlicet in Villa de Papia mansum qui regitur per Mathaeum reddentem annuatim marcham unam ad usum Curie. Mansum qui regitur per Marsilinum et Taskuttum reddentem unam Marcham. Mansum qui regitur per Humonum reddentem Marcham unam. et medium mansum qui regitur per Egidium de dicta Villa de Papia reddentem mediam marcham ad usum Curie. In Villa de Percoto mansum qui regitur per Venirussium reddentem annuatim ad usum Curie marcham unam et denarios Aquilegien quinquaginta. Et medium mansum qui regitur per Montinellum de

dicta

dicta Villa reddentem mediam marcham et dena=
rios vigintiquattuor. et pro copulatico quod solve=
bant denar. XLVIII. In Villa Tricignani mansum
qui regitur per Lidrussium reddentem marchas unam
et denarios decem et septem. mansum qui regi=
tur per Tradonum, reddentem marcham unam et denarios
~~septem~~ XLVI. et pro copulatico quod solvebant predic=
ti de Tricignano mediam Marcham et denarios LXIIII.
ad usum Curie qui de Jure Machenarum solvebant
solvebant Magro Machenarum Aquilegien. Recte satis=
facere tenentur. In Villa de Alnicho mansum qui
regebatur per Odoricum filium Musoni reddentem Mar=
cham unam ad usum Curie. In Villa de Ypliis man=
sum Alexii reddentem denar. LXXVI. et mansum
qui regitur per Ipolitum reddentem mediam marcham
et denarios LXX. et pro copulatico quod solvebant
denar. LXIIII. In Villa de masarolis mansum qui
regitur per Iannetam Martinum et Sabbadinum de
dicta Villa reddentem ~~marcham~~ annuatim ad usum Curie
Marcham unam et denar. viginti septem. Mansum
qui regitur per Sabbadinum Iuvanni et Sabbadinum
eius cognatum reddentem marcham unam et denar. LVI.

mansum

Mansum qui regitur per Raynerium Sabbatinum, martinum
et Ioannem reddentem marcham unam et denar. XLVIIII.
In villa de Butinicho unam terram que regitur per Dol-
zam reddentem ad usum curie denar LXXII. mansum
qui regitur per martinum Richisan et Saion reddentem
mediam marcham et denr LXXV. mansum qui regi-
tur per Hermanum filium Ioannis gumelgutte Palmezan
et Ioannem gratis cum sociis reddentem mediam mar-
cham cum denr LVII. mansum qui regitur per Mar-
chonum Manussium et Bonianum Molendinarium
marcham unam et denar. XXIIII. medium mansum
qui regitur per Ulissium reddentem mediam marcham
et denar XXIII. mansum qui regitur per Satan et
Ioannem Bernardi reddentem denar LXVIII. man-
sum qui regitur per Ioannem Muzulopi et Pizilissum
reddentem mediam marcham et denr. XXIII, et
medium mansum qui regitur per Ioannem de Villa
de Butinicho predicto reddentem denr LXXII. Predicti
quoque de Butinicho solvere debent decimas Capitulo
Civitaten Ecclesie pro terris pro quibus solvere consue-
verunt et pro copulatico quod solvebant computatione
marcha una et mediam et denar. LXXII. In Villa de

Ruvignacho

Ruvignacho mansum qui régitur per Indricussium filium ..... reddentem médiam marchã et denr. XXVIII. mansum cola de sainis reddentém denar LVI. unam pétiam Terré cum quibusdam campis quas tenet magr Johannes dé Engignano reddentem dénar. XLVIII. ad usus Curié. Unam pétiam terré quam ténet Franusca neptis grovilli dé Ruvignacho denar. XXIIII. Unam aliam térram qué regitur pér Daniélem dé Ruvignacho reddentem denar. XL. In villa Tagliani Meé in Tramiz mansum qui régitur pér Ioannem Mirtulam reddéntem médiam marcham ét dénar. VII. solvéndo decimas lapto Civitatem ut solvébant in Villa dé Carraria. Terram que regitur pér Martinum réddentém denar. XXIIII. Unam aliam terram quam laborat Iosépus réddentém denar. XXIIII. unam aliam Térram quam laborat Tradiz reddentem denar. XXIIII. Et terram quam téhét Iacussius Baenus in dicta Villa de Carraria reddentém denar. XXXII. et ~~terram~~ ad usum Curie et pro copulatico feni quod solvére solébant denar. XXXVI. In Villa dé Dernezacho medium mansum qui regitur pér Ioannem Arg-- reddentem ad usus Curie denar. L$^{ta}$ et pro copulatico féni quod solvébant dénar. XXIIII. In Carraria quamdam

Braydam

Braydam, quam habet Nicolaus advocatus. quæ posita fuit pro una Marcha ad usum Curiæ. In Villa Lingaresha de Utino medium mansum qui regitur per Tuichmum, reddentem mediam marcham ad usum Curie. et in Villa Erazzani de Utino quamdam terram, quam olim regebat Maiutius qd. Longonis de dicta Villa. et Terram quæ regitur per Valentrand de ipsa Villa cum pratis et omnibus pertinentiis reddentem unam marcham et denarios XXVIII. ad usum Curiæ. Ad habendum, tenendum possidendum dandum donandum permutandum pro anima et corpore judicandum, et quicquid ipsi Dño Ojalcho et suis heredibus et cui suis eorum dare voluerit perpetuo placuerit faciendum cum omnibus et singulis quæ dicti mansi possessiones et tenute habent super se vel infra, seu intra se in integrum ac cum omni jure: Excepto iudicio quod spectat ad personam vel membrum malefactorum sine omni contradictione repetitione et inquietatione et imbrigamento dicti Dñi Castrè suorumque successorum aut alterius persone. Et insuper nomine additionis et meliorameanti dicti Castri et bonorum assignantur eidem Dño

Patriarche

Patriarché, ~~[illegible]~~ pér Dñu Osalchu
prédictum dedit ipsi Osalcho duéntas et sexaginta
quarchas denariorum Aquilegiæ de quibus dictus O=
salchus sibi solutum vocavit a dicto Dño Patha et
pléné et integré satisfactum. Renuntians excep=
tioni non habité non récépté et non numerate pe=
cunié temporé huius contractus, omni aliu Legum
et juris auxilio cum quo possét contradicéré. Posses=
sioném quoqué dictorum bonorum permutatorum
dederunt unus alteri. ibidem constituentés sé déinceps
ro unus pro altéro possideré donéc quilibet ipsorum
possessionem ét ténutam réceperit corporalém:
Quam accipiendi et retinéndi sibi invicém plenam
Licentiam ét autoritatem concesserunt. Promittentés
insuper sibi invicém dictus Dñs Patha pro sé suisqué
successoribus ac Aquilegiæ Ecclesiæ nomine Dño Osalcho
prédicto pro se suisque héredibus et cui ius suum dederit
sive Dare voluérit stipulanti. Et Dñs Osalchus pro sé suis=
que héredibus Dño Pathé prédicto pro sé suisqué successoribus
ac Aquilegiæ Ecclésié stipulanti prédictam pérmutatio=
ném dationém et cambium ac omnia et singula supra=
dicta sub pena dupli rérum prédictarum ut pro temporé
plus valuérint et méliorata fuérint minus quinque soldis

vérona

. veronen̄ parvulorum, que soluta vel non presens nichilominus instrumentum - et omnia et singula su= pradicta firma et rata perdurant obbligando ad hoc Dnus Patha dicto Dno Ofalcho bona Aquilegien̄ Eccle et Dnus Ofalchus obbligando Dno Patha omnia sua bo= na ~~nobiliores infrascripta~~ presentia et futura. Et ibi datus fuit nuntius per utramque partem ad ponen= dum eos in tenutam omnium predictorum Dnus G. Al= bertus predictus. In quorum testimonium, et maius robur dictus Dnus Patha presens instrumentum per me Franciscum notarium infrascriptum scribi iussit et sui sigilli pendentis munimine roborari. Actum in Castro Utini in Capella Dni Patha predicti Patri= archalis Palatii.

Et ego Franciscus Nasuti de Utino Imperia= li auctoritate Notar.° predictis omnibus interfui et rogatus scripsi.

Anno Dni Millesimo tricentesimo tertio. Indictione prima. nono exeunte Iunio. Ptibus V. V. Dno Fre Alberto Camerario et Vicario R.di Pris Dni Ottoboni Dei gra Ste Sedis Aquilegien̄ Patha. Philippo Marsio= nario. Francisco Ludovicono. Meynardo de Tricigiano

Clerico in

Clerico in Majori Ecclesia Aquilegien. Dño Bernardo de Cato de Placentia. Saraceno de Perenulis. Petro Paneto de Utino et Bernardo balistario de Civitate Austria et aliis testibus ad hoc vocatis et rogatis. Ven. vir Dns Leonardus de Tegedis Vicedecanus Capti Aquilegien. Ecclesie ad hoc specialiter more solito in Capto congregato attendentes supraditum permutationem et cambium Castri predicti de Sacileto et Gonond predictorum et omnia et singula que in precedenti instrumento ipsius permutationis scripto manu mei Francisci notarii sub die et Inditione predictis die xi. intrante maio plenius continetur Pro utilitate melioramento et securitate totius Patrie Forijulii specialiter Civitatis Aquilegien. fore factam, ipsi permutationi et zambio unanimiter et concorditer consensum ratificando approbando omnia et singula que continentur in ipsius permutationis instrumento. Actum in Aquilegia in Capitulo maioris Ecclesie. In quorum testimonium et maius robur dicti Dni Vicedecanus et Captlm presens instrumentum per me notarium infrascriptum scribi et eorum sigillo pendente mandaverunt sigillari. etc.

Et ego Franciscus Napetti de Utino Impli auctorite not. predictis omnibus interfui rogatus et de man

dato

dato dictorum Dominorum Vicedecani et Capituli scripsi.

Et ego Leonardus Dono notarius ac civis Civitatis Augustae praedictae copiam ex proprio originali et publico Privilegio reassumpsit de facta collatione cum eo inveni omnia predicta et singula ac de verbo ad verbum concordare etc.

Et ego Antonius de Nicolettis civis et habitator Civis Augustae publ. Imp. autoritate Notarius collegiatus dicte Civit. ~~Augus. ...~~ superscriptum instrumentum permutationis sive copiam scriptam manu olim egregii Dni Bartholomei Tuironi publici notarii dicte Civitatis prout inveni in notis ipsius qdm Dni Bartholomei per magnificam Communitatem ipsius Civitatis mihi commissis fideliter extraxi et publicari rogatus de verbo ad verbum nil addendo vel minuendo etc. ideo in fidem me subscripsi signo nomineque meis solitis et consuetis appositis etc.

Petrus Mari Civis J. Cut. Provisor

omissis

Ex Civit. Tridenti die 20. Aprilis 1538. Concordat cum orig.

# Castoni de la turre
## Patriarche Aquilejensis Monumenta

Ex Authographo
apud DD. comites à Turre
in Forojulii.

Johannes Episcopus servus servorum Dei. dilectis filiis universis Vassallis Ecclesie Aquilegen. salutem et Apostolicam Benedictionem. Romani Pontificis quem Pastor ille celestis, et Episcopus animarum potestatis sibi plenitudine tradita Ecclesiis prefecit universis, plena vigiliis sollicitudo requirit ut ipse circa cuiuslibet statum Ecclesie sic vigilanter excogitet, sic prospiciat diligenter, ut per eius circumspectionem providam, et providentiam circumspectam nunc per simplicis provisionis officium, nunc per ministerium translationis accomode prout locorum et temporum qualitas exigit, Ecclesiis singulis Pastor accedat ydoneus et Rector providus deputetur, qui

Ecclesiam

tisque Ecclesie superni favoris auxilio suffragante
votive prosperitatis successibus gratuletur. Dudum siqui-
dem felicis recordationis Bonifacius PP. VIII. Prede-
cessor noster ex certis et rationabilibus causis que ad
id eum moverunt provisionem Ecclesie Aquilegen.
si tunc vacabat, vel cum eam quocunque modo vacare
contingeret, ea vice dispositioni et ordinationi sue ac
Sedis Apostolice reservavit, de Apostolice plenitudine
potestatis, districtius inhibens, ne Capitulum ipsius
Ecclesie, seu quicunque alii ad aliquam electionem
postulationem, seu provisionem de preficiendo ei-
dem Ecclesie Patriarcha vel Pastore ea vice pro-
cederent quoquo modo, ac decernens irri-
tum, et inane si secus per quoscunque scienter, vel
ignoranter contingeret, attemptari. Postea vero
eadem Ecclesia per obitum bone memorie Ottobo-
ni Patriarche Aquilegen. Pastoris solatio destituta
cui quidem Ecclesie idem Ottobonus tempore pre-
dicte facte reservationis presidebat; dilecti filii
Capitulum Ecclesie reservationis huiusmodi for-
san ignari dilectum Filium Gilonem Archidiaconum
Aquilegen. defectum natalium patientem per viam

compromissi

compromissi unanimiter postularunt, dictusque Archidiaconus huiusmodi postulationi presentate sibi pro parte dictorum Capituli non consentiens, nec dissentiens, sed se super hoc dispositioni Apostolice Sedis committens propter hoc personaliter ad Apostolicam Sedem accessit. dictique Capitali presentam Nobis per eorum certos Procuratores, et Nuntios ad Nos propter hoc specialiter destinatos postulationem huiusmodi a Nobis petierunt, ut huiusmodi postulationem admittere de Benignitate Sedis Apostolice dignaremur. Nos igitur postulationem ac personam ipsius Archidiaconi per Venerabilem Fratrem Nicolaum Episcopum Ostien. et dilectos Filios nostros Nicolaum titulo sancti Eusebii Presbiterum, et Neapoleonem sancti Adriani diaconum Cardinales examinari diligenter fecimus, et facta Nobis ab eodem Episcopo et Cardinalibus super his relatione fideli, postulationem ipsam quam invenimus post reservationem per eundem Predecessorem, ut prédicitur, factam, temere attemptatam, auctoritate Apostolica irritam decrevimus, et inanem, ac de ipsi-

us Bulawe

ipsius Ecclesie ordinationē sollicite cogitantes, ne pro lixioris vacationis exposita incommodis remaneret, post deliberationem, quam ad preficiendum eidem Ecclesie ydoneam, ac approbatam personā adhibuimus vigilanter in Venerabilem Fratrem Nostrū Castonium Patriarcham Aquilegeñ. tunc Archiepiscopum Mediolanēn. litterali scientia preditum, generis nobilitate preclarum, morum honestate decorum, discretionis et consiliī maturitate conspicuum, et aliis claris virtutibus insignitum nostri animus requievit. Intendentes igitur tam Tragi Dominico, quam dicte Ecclesie salubriter providere, eundem Castonum Patriarchā de dictorum Episcopi, et Cardinalium, et aliorum Fratrum Nostrorum Consilio, Apostolice Potestatis plenitudinē a vinculo quo tenebatur Mediolaneñ. Ecclesie, cui tunc preerat absolventes ad dictam Aquilegeñ Ecclesiam ipsum transtulimus, ac eundem Castonum in Patriarcham ipsi Aquilegeñ Ecclesie preferimus, et ~~Pastorem~~ Pastorem, liberam sibi dantes licentiam ad dictam Aquilegeñ. Ecclesiam transeundi, ubique subsequenter pallium

plenitudine

plenitudinem Pontificalis Officii de corpore B. Petri sumptum, et ab ipso Patriarcha, in qua decuit instantia postulatum, ad nomen et usum eiusdem Aquilegen. Ecclesie per dilectos Filios Nostros Neapoleonem sancti Adriani, et Franciscum Sancte Marie in Cosmedin, Lucam Sancte Marie in via Lata, et Arnaldum Sancte Marie in Porticu Diaconos Cardinales fecimus assignari firma concepta fiducia, quod suos actus, et opera illius dirigente Clementia, a quo universorum charismatum dona provenient, prelibate Aquilegen. Ecclesie per ipsius Patriarche curiosam solertiam, summique vigilantiam studiosam honoris et prosperitatis multiplicis votiva provenient incrementa. Quocirca Universitati vestre per Apostolica scripta mandamus quatenus predictum Patriarcham debita honorificentia prosequentes ei fidelitatem solitam, nec non consueta servitia et iura sibi a Vobis debita exhibere integre studeatis, alioquin sententiam sive penam, quas idem Patriarcha rite tulerit seu statuerit in rebelles, ratas habebimus, et faciemus Auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Dat. Avinione .1311. idus Ianuarii Pontificatus

ficatus. Nostri Anno Primo

[illegible]

Extra inscript.

Vassallis Ecclesiæ Aquilegen.

Castonus Dei et Apostolicæ Sedis gratia Sanctæ Ecclesiæ Aquilegien. Pattha. Rainaldo Fratri suo salutem. Noveris Nos recepisse ante adventum Evanni ... Florenos auri M. CC. LII. per unum cambium factum Venetiis per Jordanum Canonicum Tergestinum cum Societatibus de Scalcis et de Piructiis, sed hoc non obstante omnino procura illa adimplere quæ tibi misimus per Petrum Tadeum, nec alia super hoc mittimus tibi, quia satis videtur nobis quod illa sufficiant quæ tibi debuit dicere. et nisi illa quantitas pecuniæ incontinenti mittatur nobis, melius esset quod adhuc essem Canonicus Aquilegien. quam quod essem Patriarcha. Ad

factum

~~factum~~ vero Arthuici de Castello tic respondemus
quod tibi misimus commissionem necessariam ~~dupli~~
duplicatam per duos Nuntios praedicti Artuici super
informatione, vel infirmatione ipsius, et ideo non
mittimus aliquod super hoc per istum nuntium.
Novitates vero factas per Dnum Canem in districtu
Paduano bene audivimus: de quibus dolemus in inti-
mo cordis, et specialiter quia ibi non fuimus, nec sumus
ut exponere possemus personam et bona in servitio
praedictorum Paduanorum, et quia etiam misisti
nobis quod Paduani propter graves conditiones suas
requisiverant te de aliquo auxilio eis dando. et eti-
am idem Dns Episcopus miserat tibi. tic tibi respon-
demus, quod si non possis obtinere cum adiutorio
Dni Episcopi a Paduanis excusationem necessariam
nunc placet nobis, quod tu procures per aliquam
viam mittere Paduanis aliquas bonas Lenoas armiga-
ras cum balistris, aut cum lanceis, de quibus Padua-
ni contentari possint, et nos habere unde possimus
- - - - - - - dummodo per hoc non diminuatur in
aliquo de quantitate pecuniae quae de praesenti nobis
est necessaria pro expeditione nostra de Curia.

sed. si

Sed si . ———— quantitatem nobis necessariam poteris recuperare pecuniam de qua possis invenire aliquas gentes ad mittendum Paduanis secundum tenorem cedule hinc intus clause placet Nobis quod mittas. Super facto vero Castri de Budrio et Castri de Osopio misimus tibi per tres alios nuntios responsionem. Et nichilominus iterato per presentes tibi scribimus super huiusmodi nostre beneplacitum voluntatis prout alias duximus rescribendum: videlicet in primis super facto illorum de Budrio videlicet filiorum qd̄ Dn̄i Henrici de Budrio, qui videntur prout dicis velle vendere partem suam predicti Castri sacrato Dn̄o Comiti, quantum vis nullum ius habeant in predicto Castro, nec in aliis bonis pertinentibus ad dictum Castrum propter renuntiationem quam fecerunt in manibus bone memorie Dn̄i. O. Predecessoris Nostri. et quod ex illo dubio videretur tibi pro meliori, quod Nos pro maiori securitate Ecclesie Aquilegen. deberemus emere medietatem predicti Castri pertinentem ad Raimundum Nepotem qd̄ Milani de Paona ratione Dn̄e Nicolote uxoris sue qd̄ uxoris Dominici

de ———

·+· ottoboni

f. in alio exemplo a quo sumptum fuit presens legitur : Mirani de Poona.

d[...] ---- Henricum de Budrio, nec non d[omi]n[u]m
Armanum de Budrio, et etiam dando aliquod heredi-
bus suprascriptis Henrici de Budrio licet nullum ius
habeant. ——— .. marchis et media. Placet no-
bis quod licet ad presens non simus bene parati de
pecunia pro castris acquirendis, quod nihilominus
ad evitandum tantum periculum, tamen procedas ad
emendum dictum Castrum cum iuribus et pertinen-
tiis suis pro minori foro, quod poteris habere dum-
modo possis habere terminos sufficientes, et magnos
ad satisfaciendum tantam pecuniam, quia bene
scis quod nulla ratione possemus isto tempore
satisfacere tam magnam quantitatem pecunie
propter illam, quam de presenti oportet nos facere
in Curia. Et si contingat te procedere ad empti-
onem predicti Castri facias bene videri primo quod
emptio et venditio fiat ita deliberate, quod nullo
modo possit decipi, et advertas bene quod emptio
non fiat nomine Patriarche, nec Ecclesie Aquile-
gen. sed solum nomine Capponi de Salvore. Et
si alii de Budrio nollent vendere partem suam
saltem cum Raymondo compleas forum de mede-
tate.

tate Castri, et pertinentiis suis. Verum est quod de te multum miramur eo quod ab una parte nobis mittis de emptione facienda Castri de Budrio et ab alia parte ante adventum [illegible] notificatum fuit de Venetiis aliquibus mercatoribus, qui sunt in Curia Romana, quod Muschinus frater noster iam emerat predictum Castrum, unde si ita est, non expedit, quod emptio aliqua fiat nomine nostro. Moneo bene advertas si Muschinus emit predictum Castrum quod consenseris, nec feceris in predicta emptione quia ad talia potuisses consensisse que cederent ad confusionem nostram perpetuam, et que numquam traderemus oblivioni. Item super eo quod dicis de Castro Opizii iam est diu fecisse certas obligationes, et promissiones inter eos quod si unus de ipsis expelleret, vel offenderet alium, caderet de parte sua predicti Castri omnibus suis [illegible] qui esset pro tempore, et quia predicti de Opizio iam est diu fecerunt contra predictum pactum, et promissiones expellendo et interficiendo unus alium, et hodie faciunt idem, et ideo dubitantes ne in adventu nostro valimus petere predictum Castrum procurant cavere predictum

Castri

Castrum velle vendere etiam Comiti Goritie, quod esset
Ecclesie nimis periculosum; petis a nobis quid
velimus a te super hoc fieri, cum dicas posse au-
ferre eis omni die predictum Castrum. Ad que tic.
tibi respondemus, quod si credis et vides nullum pe-
riculum imminere super hoc Ecclesie Aquilegensi
usque ad adventum nostrum libenter videremus quod
differeretur usque ad adventum, quia non libenter
videremus quod tales novitates fierent in Terra
in absentia nostri, et specialiter isto tempore. Sed
si tu omnino videres periculum tibi immi-
nere, et pro certo cognosceres quod omnino
vellent vendere predictum Castrum, cum habito
bono consilio, et deliberatione cum illis qui pro
certo diligunt honorem nostrum, et bonum statum
Ecclesie Aquilegensis et totius Terre Foriiulii, pro-
cedas ad accipiendum dictum Castrum in manibus
tuis, aut in manibus Communitatis nostre de Cla-
mona nomine nostro primo inventis et inqui-
sitis coloribus et occasionibus iustis et rationabi-
libus ad excusationem nostri, et tui contra predictos
de Osopio. Ita quod non appareat quod ista fiant

contra eos

contra eos, si quod voluerint vendere predictum Cas-
trum Comiti ad hoc ut Comes inde non assumerat
aliquam dedignationem nobiscum. Item ut nobis
mittere possis de presenti quantitatem pecunie no-
bis necessariam pro expeditione nostra. Committimus
tibi per literam presentem unum procurato-
rem [illegible], cuius auctoritate poteris afficere
de auro mitras nostras, et Cappellas, cum non cre-
damus posse nos hic expedire nisi adhuc habeamus
XVIII. mille Florenos ad minus. Unde procura in-
continenti nobis mittere pecuniam necessariam ad
hoc ut risus et reprehensiones Cardinalium taliter
non reddant nos, quod quando volumus apponere
remedium non possimus. Et scias quod parum de-
fuit quando duabus septimanis citra non fuit pro-
cessum taliter contra nos quod semper remansissemus
confusi et vituperati. Item scias quod Cuarcius
applicuit ad nos die Veneris XXIII. Februarii quia
ut nobis dixit non potuit venire citius quia oportuit
eum morari Pisis, et expectare bene per dies. XV.
propter malam et adversam tempestatem, et turbatio-
nem que fuerat in mari, ita quod non potuit facere

ca tradui

se traduci quod satis credimus. Item scias quod Rex Robertus expectatur venturus, ut creditur circa Pascha. Unde si contingeret dictum Dnum Regem venire ante recessum nostrum non possemus postea ita de levi recedere cum honore Nostri sicut celeriter expediret. Et ultra id oporteret necessario Nos subire multa onera expensarum. Item mandamus tibi, quod licet tibi committamus auctoritatem dandi licentiam seu committendi potestatem Episcopis pro consecrationibus Ecclesiarum et reconciliationibus earum que forent molite - caveas tamen ne in danda licentia predicta multum laxes habenas pro omni Ecclesia campestri. Et procura omnino quod in die Iovis Sancto in officio et solemnitate penitentium et in aliis solemnitatibus que consueverunt tunc fieri in Ecclesia Aquilegen. nichil obmittatur de contingentibus.

Datum Avenione die V. martii.

---

Haec erant exscripta apud Archiptrum Glemonae D. Josephum Binium: et hic fuerunt. Z.

---

(1) in alio exemplo legitur expectabatur. an - - of.

[illegible]

Ex. M-S.

Monumenta Historica

Tomus. IV.

apud Nob. D. Cav. Fabricio Ulian

# Bertrandi Patriarchae Aquilejen. Mem.

pag. 192.

1350. An. CCC. L.o Indictione Tertia.

Guido miseratione Divina titulo sanctae Caeciliae Presbiter Cardinalis, Apostolicae Sedis Legatus Venerabilibus Fratribus Tarvisino, et Concordiensi Episcopis; et dilecto in Dño Abbati Sancti Galli in Motio Aquilegen. Diocesis salutem in Domino. Dudum Sanctissimus Pater, et Dñs noster Dñs Clemens divina Providentia Papa VI. ad partes Lombardie, et nonnullas alias Terras, et Provincias cum plene Legationis officio Nos destinans, tollendi et cassandi quaecunque pacta, ligas, confaederationes, et obligationes, et iuramenta

ramenta super ipsis observandis interposita
per quae pacis foedera inter quoscunque nostrae
Legationi subditos nuper postiane nobis conces=
sit plenariam potestatem. Cumque post dictam
concessionem acceperimus quod nonnulli Vassal
li, et homines et Subditi Venerabilis Fra=
tris Bernardi Patriarchae Aquilegensis dia=
bulo procurante discesserint ab ipsius Patri=
archae obedientia, ac cum inimicis capitalibus
ipsius et Ecclesiae supradictae ligas, pacta, con
foederationes, et obligationes iuramentis et
aliis obligationibus, et poenis pro eorum ob=
servatione intervenientibus fecerint, Nos
attendentes quod non iuramenta sed potius
periuria sunt censenda, quae contra libertatem
Ecclesiasticam attentantur, pacta, ligas, confedera=
tiones, et obligationes quascunque et iura=
menta super eorum, seu istorum observatio=
ne praestita auctoritate Apostolica ac nos=
tra tollimus, cassamus, et irritamus, quinimo
sublata, cassa, et irrita nunciamus, nullum
que ad istorum seu istarum observationem
teneri tenore praesentium declaramus, vo=
bis et vestrum cuilibet nihilominus iura=
mentorum super praemissis observandis praesti=

torum

torum, ac a penis quibuscunque quoscunque Vassallos, homines et subditos eorundem Patriarche et Ecclesie Aquilegensis, aliosque per quos pax et obedientia Patriarche et Ecclesie predictorum impediri possent quomodolibet vel differri, absolvendi, omnem insuper notam et infamiam, que propter eorundem pactorum, ligarum, confederationum, et obligationum transgressionem cuiquam possent imponi, tollendi auctoritate Apostolica, atque nostra damus et concedimus tenore presentium facultatem in premissis, que et ea tangentibus vobis, et vestrum cuilibet committimus plenarie vices nostras. Datum Padue duodecima Kalendas Iunii Pontificatus predicti Dni nostri Clementis Pape VI. anno nono.

Ex Annalib. Mag.ce Civitatis Utini @ 249.

Li. N. D. C. Folio 4.

@ 255. Ambasciata

@ 22f.

~~Anno~~ M·CCC·L· Indictione tertia
Henricus Goritie et Tirolis Comes Aquilegen.
ecclesie Advocatus. Prudentibus et sapientibus
Viri. De modo mortis Dni Patha novit Al-
tissimus quantum dolemus, sed forsan Deus
scit, cum mori permittere voluit propter
crudelitates, quas eodem die personaliter e-
quitando, ut notorium est, faciebat in com-
bustionibus domorum predis animalium, morta-
litatibus, sive interfectionibus et captionibus per-
sonarum pauperum innocentium ruralium
virorum, quos crudeliter cum brutis animalibus
ligatis manibus tamquam latrones captivos du-
cebat quorum preces forsan Altissimus exaudi-
vit. Quapropter satis constat prudentie ve-
stre quod vacante Aquilegen. ecclesia omnia
temporalia, et iurisdictiones eiusdem spectant
et pertinent usque ad adventum <u>eventum</u> futuri Patha
per Sedem Apostolicam procreandi ad regimen
nostrum, et gubernationem totalem. Idcirco
vos tenore presentium requirimus et monemus
quatenus aliquos nuncios vestros cum pleno
mandato tractandi et ordinandi de communi
bono, ac commodo, et utilitate vestra ad nostrum
Consilium

Consilium transmittere procuretis, prout la-
tor presentium Vos plenius informabit.
Datum in Luonz die xiiii Iunii tertie
Indictionis.

ex Tom: I. Annal: Mag.ce Civitatis
Utini @. 221.

Vid. N. D. Cav: Fabris

De hoc vid:
P. Rubeis Monum. Eccl. Aquil. col. 886. 887.

Amici carissimi. Litteras vestras cum ama-
ritudine cordis, et anxietate doloris [vegghe
receptimus] continentes nefandissimum scelus
et scelaratissimum nefas comissum in persona
Reverendissimi Patris, et Dni. B. bone me-
morie q.dm Patriarche Aquilegen., de quo graviter
condolemus, et de aliis captivis, mandantes stipen-
diariis nostris, qui sunt ibidem, ut ad servitia
vestra in honorem ac defensionem Ecclesie Aqui-
lejen. et vestre, ac fidelium suorum continue
assistere debeant. Scientes quod eisdem stipendia-
riis misimus omnes pagas suas ordinatas usque
ad Venetias.

ad Venetias, quas si non habuerint habebunt in continenti. Ceterum de novis gentibus nostris mittendis ad vos non videmus quod ad presens mittere possimus, nisi prius sciamus mentem et voluntatem Dni nostri Dni Summi Pontificis. Vos vero et alios fideles supradicte Ecclesie prescita voluntate prefati Dni Summi Pontificis intendimus semper recomendatos habere. Ceterum de stipendiariis nostris, si qui erant cum dicto Dno Pattha, et quid de ipsis est rogamus ut Nobis scribatis. Datum Mediolani XVIIIj. Iunii.

Iohannes Dei gratia Archiepiscopus et Generalis Dominus Mediolani.

Nobilibus Viris Dnis Francisco de Savorgnano Capitaneo, Consilio et Communi Terre Utini Amicis nostris carissimis.

ex Tomo I° Annalium Magnifice Civitatis Utini. @ 286.

Lic. X. 8. C. Fabriz

Ex Libro in folio
in Archivo Capituli Civitaten
servato, et foris signato:
„ Libro Primo – della Precedenza „

intus verò pag: 32. vel 65.

Sancte Sedis Aquilegien Dei gratia Patha
Bertrandus Ad perpetuam rei memoriam.
Sollicitudinis nostre debitum tunc demum in Eccle-
siis ~~nostris~~ nobis subiectis uberius exornemus, ad
Divini nominis cultum propensius ampliamus, fu-
turis periculis providendo et remotis scandalis
pacem optatam nostris Subditis relinquendo. Sane
ad audientiam nostram promoventibus dilectis
nostris Guidone Decano, Canonicis, et Capitulo Eccle-
sie Sancte Marie Civitatis Austrie Nostre Aqui-
legien Diocesis, quamplurinis est productum, quod
in prefata Civitaten Ecclesia, que à longo tempo-
re citra post nostram ordinariam potestatem
per Decani officium ex ordinata dispositione Capi-
tuli ✝ prudenter et utiliter gubernata, Dignita-
tibus

✝ est iuvante Deo, in spiritualibus salubriter recta, et in temporalibus prudenter

tis Prepositure sine alicuius administrationis titulo nomen remansit in vanum propter cuius nomen preteritis temporibus, sicut experientia docuit, ne dum in Civitaten. Clero, sed etiam quod periculo sius fuit in populo insurrexerunt scandala, con tentiones et rixe. Nam prefatis Decano, et Prepo sito de pari contendentibus contra intentionem et ordinationes Nostrorum Predecessorum visa sunt in eodem corpore duo capita monstruosa. Quapropter desiderantes id quod usque hoc per ali quos Predecessoris Nostros captum fuerat, feliciter consumare: ut cuiuscunque scandali, seu dissensio nis materia radicitus amputetur, nostro Aqui legen. Capitulo coram Nobis in loco ubi antiqui tus in Aquilegien. ecclesia Capitulum fieri con suevit, ad infrascriptam dispositionem specialiter congregato, in quo interfuerunt Ottolinus de Per gamo Vicedecanus, Franciscus, Joannoltus, Herman nus, Ambrosius, et Conradus de la Turre, Bartho lomaeus de Padua, Girardus Regis, Tramontanus Bernardus, Hermacoras de Muntio pro se et Dno Philippono qui sibi commiserat vocem suam ad infrascripta, Guillelmus de Vicen tia, Morandus de Enrikis, Joannes de Andriani Raynaldinus de Zavattariis, Joannes de Orago, omnes Canonici Ecclesie nostre Aquilegien., de

predicti

predictis cum eisdem Canonicis et Capitulo nostro
seriosum incepimus habere tractatum. Habita
igitur cum eodem Capitulo deliberatione matu-
ra de ipsius consilio, et assensu per hanc nos-
tram ordinationem prefatam Prepositurum
Civitatensis Ecclesie ipsiusque nomen extingui-
mus et de ipsa Ecclesia perpetuis temporibus
removemus. De fructibus redditibus et obven-
tionibus ipsius Prepositure secundum modum
qui sequitur, disponentes. Primo namque dis-
ponimus et ordinamus, quod pro duodecim sco-
laribus Clericis maioribus undecim, minoribus
vero viginti annorum qui sint bone indolis
et bene apti ad divinum officium adiscendum
per dictum Capitulum eligendis infra unius men-
sis spatium, postquam Prepositurum prefatum
quomodolibet vacare contigerit, et in dicta
Ecclesia vacatio nota fuerit, de predictis red-
ditibus et proventibus prefate Prepositure duo-
decim constituantur prestimonie vel Prebende
qui prebendarii nominentur Clerici Beate Ma-
rie. Ita videlicet et quilibet predictorum duo-
decim scolarium, qui horis canonicis in Ecclesia
predicta

predicta psallendis interfuerit, singulis diebus recipiat duodecim denarios parvos usualis monete. Pro singulis autem horis quibus defuerit eidem de predictis duodecim denariis parvis tantum detrahatur pro rata, quantum quando de quotidianis distributionibus pro rata horarum detrahitur Canonicis et Mansionariis qui divinis officiis non intersunt. Eo modo et forma predicti scolares reputentur presentes et excusentur absentes, quibus Canonici et Mansionarii excusantur et reputantur habita et consuetudine Civitaten. Ecclesie pro presentibus reputantur. Insuper quia in eadem Civitaten. Ecclesia pro divini cultus decore necessarium videtur Officium Cantorie, disponimus etiam et ordinamus, quod ipsa mansem postquam Prepositura predicta vacaverit, et sic deinceps eligat Capitulum unum de ipsius Capituli corpore qui Canonicus sit prebendatus, si reperiatur ibidem ydoneus in Cantorem, cui de fructibus, et proventibus Prepositure prefate singulis diebus, quibus in eadem Ecclesia horis Canonicis interfuerit, quinque solidi usualis monete pro eius sti-

pendio

pendio ministrentur. Circa detractionem vero
prefati stipendii pro illis canonicis horis, quibus
defuerit, et circa excusationem absentie in ipso
servetur, quod de aliis scolaribus superius est ex-
pressum. Huius autem Cantoris, aliorumque
successorum electionem per Capitulum faciendam
confirmandam vel infirmandam nobis et nostris
Successoribus reservamus. Si vero prefatum Capitu-
lum infra mensem postquam in prefata Ecclesia
nota fuerit prelibate Prepositure vacatio, pre-
dictos duodecim scolares et Cantorem eligere ne-
gligenter omiserit, ius eligendi predictos ad Nos
vel ad Successorem Nostrum qui pro tempore fuerit
ea vice libere devolvatur. Residuum vero dic-
torum proventuum predicte Prepositure, quod
solutis stipendiis prefatorum scolarium, et Canto-
ris superfuerit, in quibuscumque iuribus vel rebus
consistat post vacationem predictam assignamus
unimus et incorporamus Camere Civitaten Ca-
pituli supradicti convertendum duntaxat in
quotidianas distributiones, que nunc per vicennium
annum propter defectum proventuum dicti Capi-
tuli interessentibus divinis officiis sufficienter mi-
nistrari non possunt. Ut hic de cetero dictarum
distributionum cursus per totius anni circulum
compleatur. In quorum omnium testimonium, et

perpetuam

perpetuam firmitatem mandavimus per Paulum Curiæ Nræ Notarium, dum et plura fieri huius tenoris publica instrumenta, et præsens instrumentum Nri et præfati Capituli nostri sigillorum appensionis munimine roborari. Acta fuerunt omnia supradicta in nro Aquilegien Capitulo in die Purificationis Virginis gloriosæ videlicet die secundo mensis Februarii Anno Dominicæ Nativitatis Millesimo trecentesimo tricesimo octavo. Indictione sexta, Præsentibus VV. VV. Dnis Fratre Gilberto Abbate Mosacensi, Iacobo de Cavrana Canonico Tarvisino Decretorum Doctore, Brandelino Scholastico et Ioannino Mansionario eiusd. Aquilegien ~~eccl~~ ecclesiæ Lumbertino de Novate Notario prædicti Dni Pa[tri]archæ et aliis pluribus vocatis testibus et rogatis.

Ego Paulus qdm. Magri Iohannis de Mutina publicus Imperiali auctte. Notarius, eiusdemque Dni Patriarchæ et eius Curiæ Officialis, et Scriba dum prædicta omnia agerentur, præsens fui eaque de mandato prædictorum Dni Patriarchæ, Canonicorum et Capli Aquilegen scripsi, et publicavi, meoque signo consueto signavi rogatus.

(S. N. L.)

Ex Authentico in membranis duobus sigillis pendentibus munito existente in Archivio

in Archivio Magn.ci et Rmi Capituli Cri=
ratis Boruthilii? transumpto supradicto
constitutionis Praepositurae aliena fide
manu descriptum, et cum dicto authentico
concordatum. Ego Mamphredus Mache=
ropius publicus Notarius praefati Rmi
Capituli Cancellarius iuratus manu
propria subscripsi, signo, nomineque
meis solitis, et consuetis appositis
Anno Dni millesimo Quingentesimo
nonagesimo septimo, Indict. decima
Die vero septimo Mensis Ianuarii.
Locus Sig. ~ ~

B. Bertrandi de S.to Genesio
Patriarchae Aquilegen.
Monumenta

I

Sequens servatur in Tabulario
Civitatis Fori Iulii.
Epistola

Foris./

Dilectis Fidelibus n(ost)ris .. Gastald:
Consilio et Populo n(ost)re Civit(ati)s Aust(rien)s(i)s.

inde: B: Patha Aqlegen

Intus./

B. Patha Aqlegen.

Fideles carissimi. Receptis litteris vestris per

Latorem

tatorem presentium. Diligentiam vestram quam habuistis in missione Ambaxiatoris vestri Coriciae super facto tractande pacis plurimum commendamus. Ad illud vero quod asserit Dña Comitissa, quod non poterat dicto Ambaxiatori super hoc respondere, dicimus quod libenter volumus habere pacem, sicut ad nos spectat, sed si non possumus illam habere, oportet quod paremus nos ad defensionem, prout nobis divina gratia ministrabit. vestro consilio &c.

Dat in nro felici exercitu apud Manzanes XXIII. Iunii.

Ex folio in Archivo
Civitatis Austriae servato
inter Patriarchales.

In Christi nomine Amen. Anno Dni a Nativitate eiusdem. Millo. CCC. XLIIII. Indictione. XII. die Veneris XVII. Decembris - - - domo de Portis. Infrascripti promiserunt fide data manuali nomine sacramenti - - - mes ad honorem et bonum statum Reverendi in Xpo Patris Dni Dni Bertrandi Dei gratia sancte Sedis Aquilegn Patriarche et manutenere Terram Civitatis dicto Domino nostro et XII. Consiliarii deputati promiserunt fide data manuali astare Dno Johanni Sbrisino Castaldioni Civitatis et bono statui Terre:

Dns Philippus miles de Portis

| | |
|---|---|
| Magr Johannes | Ottobonus |
| Laurentius tuscus | D. Volrinus |
| Philippus qdm Dni Odorlici. | Henricus Diremia |
| Balda tuscus | Henricus notarius |

2

| | |
|---|---|
| Franciscus de Mucutio | Cosmarius |
| Raynaldus | Stephanus Baldachi |
| Ambr- - - - | Tristanus |
| Victor | Anzerinus |
| Dominicus not.s | Ro— — — |
| Daniel de Cremona | — — — |
| Zanus Francisci | — — — qdm Hug. |
| Brugnarius | — — — |
| Cambinus | — — — — |
| Nicholaus Vezili | — — — — |
| Meynardus Vidrangi | — — — Cazetta |
| Henricus Dne Belande | — — — Hafonis |
| Dominicus not.s de Bosis | — — — de Urbino |
| Titilinus | Nicolaus Longus |
| Hernisius | Lotous |
| Jacobus Tham. | Thomadussius |
| Magr Bel- - - | Antonius Turini |
| Blasius - - | Franciscus pellizarius |
| Nicholussius Arponis | Sentus qdm Thani |
| Bns Andriolus. | Laurentius Chozette |

| | |
|---|---|
| Sallustius | Bar— —tesius |
| Franciscus qdā Vegili | Corr— —claudius |
| Naninus qdā Vegili | Barthol.° Iacobite |
| Iacobus qdā Bernardi | Ambrosius |
| Petrus qdā dñi Branche | Franciscus sartor |
| Ferrus | Simitius Vinbusse |
| Nicholaus sagimbotis. | Iacobus Scofoloti |
| Zeremia | Cisilinus |
| Zilius tabernarius | Antonius textor |
| D. Iustinus | Chutius barberius |
| Symon Crazebe | Iacobus aurifex |
| Nicholaus Turini | Vorliputus Vosche. |
| Michus Conati | D. Nicolaus de canusio |
| Franciscolus | Mag.r Gabriel medicus |
| Iohannes de Portis | Stephanus Helari |
| Bernardus | Barathus |
| Philippus —.. | Marchulinus beccarius |
| Nicholaus —— | Tusutus |
| Iohannes Rodulphi | Laurentius de Beatr |
| Antonius — —— | Stephanus coqus dñi Conradi |

Morus tabernarius

Helarius tabernarius

Petrus frater Zilii

Viterbius

Iacobus Pizulus

Federicus

Stephanus Cotiani

Vincentius

Iacobus

Zurinus pelliparius

D. Iohes Bpiscop. Castaldia

Zugleyus

Venutus Ioachini

Petrus Nicoloté

Henricus porcarius

Quorzius Fornesarius.

Ex chartis in prædicto

Archivo Civit. &c.

Foris. / Civit. cum sigillo med: —

Intus. /

Sanctæ Sedis Aquilegen Dei gratia Patriarcha Bertrandus. Dilectis Fidelibus nostris - Castaldioni - Consilio et Populo nostre Civitatis Austria. Salutē et omne bonum. Volentes super arduis imminantibus die Dominica proxima nostrum in Tricesimo generale Colloquium celebrare, Mandamus vobis quatenus eidem colloquio interesse curetis.

Dat Utini die XVIIII. Septembris.

Indictione XIIII.

Ex alia ch.ª apud Commune Civid.

Foris./

Dilectis fidelibus nostris .. Castaldioni .. et Consilio nostre Civitatis Austrie.

Foris./

B. Patriarcha Aquilegen.

Intus./

Sancte sedis Aquilegen. Dei gratia Patriarcha Bertrandus. Dilectis fidelibus nostris .. Castaldioni .. et Consilio nostre Civitatis Austria salutem et omne bonum. Cum Iohanninus pellizarius de nostra Civitate Austria de quadam sententia contra eum coram te ... Castaldione lata in questione vertente inter ipsum ex parte una et Zerranum de Crusignano ex altera, se posuerit in protectione nostra, nos de causa huiusmodi cognoscere prout ad nos pertinet intendentes, tenore presentium vobis precipimus, et mandamus quatenus de causa ipsa vos nullatenus intromittatis, donec per nos extiterit terminata. Et si

quid

et quid innovatum est in dicta causa per alteram partium predictarum post reductionem predictam ad nos factam; totum ad statum faciatis pristinum revocari pariter et reduci.

Dat in nostro felici exercitu apud Marzanum xvij Iulii Indictione xiij.

---

Ex Scheda membranacea
apud DD. Clarinos de Civitate.
Authenticum etc. etc.

In Christi nomine. Amen. Anno Nativitatis eiusdem Millo trecentesimo Quadragesimo quinto. Indictione terciadecima. Die sexto mensis Ianuarii. Presentibus Nobilibus Viris Dnis Iohanne de Guarco milite. Symone de Castilliono Carmano qdam Antonii Canalie Francisco qdam Bartoloti, et Friderico Selisolino de Civitate Austria testibus, et aliis. Constitutus in

tis in presentia Reverendi in Xpo Patris et Dñi Dñi Bertrandi Dei gratia sancte sedis Aquilegeñ Patriarche Iohannes qdã S. Iacobi de Anna humiliter supplicavit eidem Dño Patriarche ut cum Pater suus predictus defunctus sit ab anno citra, dignaretur ipsum investire de feudis, que dictus qdã Pater eius habebat et tenebat ab Ecclesia Aquilegeñ, dictus vero Dñs Patriarcha recepto ab eodem Iohanne fidelitatis debite iuramento quod Vassallus Domino suo prestare in talibus consuevit, per se suosque Successores, et nomine Aquilegeñ Ecclesie predictum Iohannem pro se et suis heredibus recipientem de omnibus feudis suis antiquis iustis et legalibus, eo iure quo predictus qdã Pater suus illa habebat et tenebat ab Ecclesia Aquilegeñ per fimbriam sue Guarnachie personaliter investivit. Salvo iure Aquilegeñ Ecclesie, et omnium personarum. Mandans eidem Iohanni quod usque ad unum mensem proxime futurum sibi in scriptis

tradat

tradat quicquid habet, et teneat in feudum ab Eccle=
sia Aquilegen. supradicta. Actum in Civitate Aust.a
in Palatio Patriarchali.

Ego Albertinus q.dam Dni Resonadi
de Novate Mediolanen. Dioecesis publicus
D. Imperiali auctoritate Notarius ac
praefati Dni Patriarchae Officialis et
Scriba premissis interfui, et rogatus
hoc instrumentum inde scripsi et pu=
blicavi.

Ex Schedis Capitulo Civitaten. in Tabulario suo servatis.

Signata hec est: Instrumentum donationis advocatie super manso Puzolii per bo: me: Dnum: B. Patriarcham facte Capto et Ecclesie Civitat.

X ... ... ... : A.

sacc: num: 34 . num: 8/8.

In xpi nomine. Amen. Anno Nativitatis eiusdem Millio Tricentesimo Quadragesimo. Indictione octava, die tertio intrante Februario. in Civitate Austria in Palatio Patriarchali in camera Dni Patriarche infrascripti. Presentibus Turino tusco de Florentia comorante Civitate Matheo de lusco notario de burgo Pontis Civitatis Perotto domicello Dni Patriarche infrascripti Johanne dicto Pichabo de Civitate filio dicti Turini et aliis testibus ad hoc vocatis et rogatis. Reverendus in xpo Pater et Dns. Dns.

Bertrandus

Bertrandus Dei gratia sancte sedis Aquilegen Patri-
archa ad honorem et reverentiam atque laudem
gloriosissime Virginis Marie, que virgineo utero
portare meruit omnium Redemptorem et Salvato-
rem ut tanto devotis laudibus extollatur, quanto
eius benedictus fructus ipsam ad eius dexteram col-
locatam pro creaturis omnibus super ethera exal-
tavit, et etiam ad divini cultus augmentum, suo
successorumque suorum et Ecclesie Aquilegensis
nomine, dedit tradidit ac in perpetuum cessit
ac concessit Venerabilibus Viris Dnis Guidoni De-
cano, Canonicis et Capitulo Ecclesie sancte Marie
Civitatis Austrie Aquilegen Diocesis ibidem in
presentia dicti Patris constitutis recipientibus vi-
ce et nomine dicte Ecclesie sancte Marie eiusq.
Capli advocatiam totam et ius advocatie quod et
quam habet et habere dignoscitur ipse et Ecclesia
Aquilegen in quodam manso dicti Capituli sito
in Purglia recto per ------ ita quod de cetero
dictum ius advocatie ad ipsam Ecclesiam Civi-

Tatem

statem eiusque Capitulum pleno iure pertineat, et
de ipsa eam possit facere voluntatem. Et hanc con=
cessionem et cessionem idem Pater et Dominus fecit
praefatae Ecclesiae Civitaten. eiusque Capto ad hono=
rem dictae Virginis Mariae, et ut divinus cultus
augeatur ut dictum est, ut de caetero qualibet die
immediate post Completorium Canonici et Capitu=
lum eiusdem Ecclesiae solempniter cantare in
Choro eiusdem Ecclesiae teneatur in perpetuum
Salve Regina vel aliam Antiphonam unam de
eadem Virgine gloriosa cum oratione eiusdem.
Quam quidem concessionem et omnia et singula
in hoc instrumento contenta idem Pater et Domi=
nus per se eiusque successores cum obligatione
omnium bonorum Ecclesiae Aquilegen. eisdem Dnis
Decano, Canonicis et Capto pro se, ac vice et nomine
dictae Ecclesiae Civitaten. et successorum suorum sti=
pulantibus promisit perpetuo firma et rata et
grata habere atque tenere, et non contrafacere
vel venire aliqua ratione vel causa de iure

vel de facto.

vel de facto. Armenadus quidem vei concesse et date tenutam et corporalem possessionem ad ponendum dictum Capitulum Venerabil. Vir Dnus Guillielminus Prepositus Caronee fuit ab ipso Patre et Domino nuncius datus et assignatus. ——

Et Ego Petrus de Aspria Ciritate filius Johannis q^dam Dni Iuliani Imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui et rogatus scripsi et publicavi.

---

Ex libro hœdina pelle coperto in folio
servato apud Nob: D. Fabiũ Co: Asquinum
Utinensem pag: 30. t.° sic

in marg.e: „Ex Notÿ Co: Eubertini in Ar:
„chivio Utini.

Sancte Sedis Aquilegen. Dei gratia Patriarcha Bertrandus dilecto Nobis Meynardo de Faganea salutem, omne bonum. De fidelitate et discretione tua plenam in Domino fiduciã obtinentes Garritum Castaldie nostre Faganee cum jurisdictione et iuribus ad ipsũ Garritum spectantibus tibi à proximo festo Sancti Georgii usque ad unum annum integrũ et completum tenore presentium duximus concedendum, mandantes universis habitatoribus et subiectis dicte Castaldie, quatenus durante dicto anno tibi in his, que ad dicte Castaldie spectant officium fideliter pareant, et intendant, alioquin penas, seu mulctas quas rite tuleris in rebelles ratas habebimus, atque gratas, et faciemus eas [illegible] adiutore.

Domino

Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Dat. Utini M.CCC.XXXVII. iiij. Aprilis. Cum eius iuramento exercendi fideliter dictam Castaldiam in iudicando homines per Laudum et per sententiam.

---

Ex pag. 81. t.° supranominati Libri. <br>

Parlamentum Rev.mi D.ni Patriarchae Bertrandi occasione belli Veneti.

In nomine Domini. Amen. Anno eiusdem Nativitatis Millo tricentesimo trigesimo quinto. Indictione tertia. Infrascripta sunt facta in Colloquio Generali celebrato Utini per Venerabilem Patrem et D. D. Bertrandum miseratione divina scae Sedis Aquilegen. Patriarcham die IIII. mensis Iulii, in quo interfuerunt infrascriptae notabiles personae in

Sala

Sala inferiori Castri et Palatii Patriarchalis.

D. Guilielmus Decanus Aquilegen.
Don Frat. Ludovicus Abbas Sextan.
Don Frat. Gibertus Abbas Mosacen.
Dnus Guido Decanus Civitaten.
Dnus Eusebius Can.cus Aquilegen.
Dnus Guilielmus Doct. Can.cus Civitaten.
Dnus Odoricus miles
Simon eius filius
Dnus Tomassinus
Tomassinus eius nepos } de Cucanea
Dnus Hector de Utino miles
Dnus Articus miles de Prampergo
Dnus Iacobus miles de Corbonis
Dnus Guilielmus miles de Ungrispach
Dnus Ioannes
Dnus Odoricus
Maynardus } de Villalta.
Dnus Nicolaus de Ragonea.

Generalis

Esmeraliter Bortholeus de Pers
Magr Iohannes Physicus } de Aquilegia
Mapheus notar.
Magr Odoricus Notar. } de Utino
Hendricus de Carnia
Dns Hermacoras Comes de Ortemburgh
Dns Raynerius de Pincerna de Vestritz
Dns Philippus de Portis
Dns Asquinus } de Colloreto
Dns Vicardus
Dns Federicus de Morutio
Dns Tricanus de Tricano
Dns Conus de Scrasoldo
Dns Salvanus de Maniaco
Dns Iohannes de Zuvarotto
Dns Durissius de Varmo
Dns Bellus de Savorgnano
Bossius de Melfo
Matthiussius, Henricus } de Spilimbergo
Nicolaus

Dns Arnoldus

Dns Arnoldus.
Dns Nicolaus de Brazzaco
Nicolussius de Attimis
Conradus Bojanus
Ulrinus de Carussio
Philippus Dni Odorici Longi
Hendricus

de Civitate

Eubertinus de Novate Notar.
Sandrus Brugnus Notar.
Et alii tam Clerici, quam Layci de Communitatibus, Subditis et Territoribus Ecclesie Aquilegen in magna et copiosa multitudine ad hoc specialiter congregata. Propositis igitur per Rdmu Dnu Patriarcham prudenter, et provide terminibus suis super his propter dictum Colloquium fuerat congregatum, videlicet propter guerram quam faciunt et movent Dux et Commune Venetiarum Ecclesie Aquilegen tam in partibus Ystrie, quam in partibus Foriiulii, ac etiam propter spolia, oppressiones, et damna,

que cum

que cum exercitu infert, et inferre minatur eidem Ecclesie supra Terram Sacili. Dns Ricardus de Camino Superiori dixit quod omnes sint viriles, et probi ad defendendum Patriam, et libertatem suam.

Quesitum fuit more solito ab omnibus quid consulebant, et quid videbatur agendum. Consultum fuit, et deliberatum, et provisum ibidem ab omnibus unanimiter nemine discrepante, quod omnes Liberi, Ministeriales, habitatores, Comunitates et Servitores universe Ecclesie Aquilegen constantes sint, et viriles et probi cum pugnaverint pro iustitia et Ecclesia Dei ac Beata Virgine Maria Matre et Domina sua ad sequendum vexillum Ecclesie Aquilegen, et personam dicti Dni Patriarche, qui personaliter corpus suum, et bona quecunque habet in Mundo se obtulerat expositurum pro defensione Patrie, pro defensione libertatis, pro defensione Iustitie et bonorum suorum, ne in servitutem cadant, et

miseria

miseriam perpetuam, et quod omnes sint parati equis et armis cum impositionibus suis, et quod non venientibus imponatur certa pena per dictum Colloquium, que penitus et omnino exigi debeat, et nullus relaxetur à pena predicta. Preterea dictum fuit per Dnu Decanum Aquilegen pre- dictum Nob. Dni Patriarche, et sui Consilii, quod cum res huiusmodi propter pericula incumben- tia expeditionem requirant, facte erant quedam ~~aufaptiones~~ provisiones per Dnu Patriarcham, et Consiliarios suos supra modo et ordine servandis in guerra et defensione predicta, quas audire deberent ut si Colloquio placerent, procederent: sin autem fieret super predictis prout melius eidem Colloquio videretur. Que tales sunt:

Imprimis quod die Veneris proximi post hu- ie celebrationem Dns Patriarcha equitare debe- at ad Terram Quadruvii cum Gente sua, et Ec- clesie Aquilegen: ita quod ibi sit bona hora, et deinde

et deinde visa Gentis suæ quantitate procedatur pro, ut suo consilio videbitur.

Item quod tota Terra Forijulii sit divisa per Quinterios, sive in quinque partes hoc modo:

I. Primus Quinterius sit Civitas Austriæ cum toto eo, quod est inter fluvium Turris et Tudri et cum tota Sclavonia, et Collibus et hujus Quinterii Capitaneus sit Dnus Philippus de Portis pro primo mense tantum. Et Consiliarii sui sint Dnus Iohannes de Cucanea, et Hermannus de Attempergo.

II. Secundus Quinterius est Civitas Aquilegiæ cum Dominio Montisfalconis, et cum toto eo quod est subtus Stratam altam usque ad Tulmentum: et hujus Quinterii sit Capitaneus Dnus Nicolaus de Castello, et ejus Consiliarii sint Dnus Henricus de Strasoldo, et Dnus Paleas de Varmo pro primo mense tantum tam Capitaneatus, quam Consiliarii

modo

modo simili durantem.

III. Tertius Quinterius est Terra Utini cum toto eo quod est citra Flumen Turris et Judrium, et citra stratam altam usque Colloretum, Mels, Pers, et Sanctum Danielem exclusive, et usque Tulmentum: et huius Quinterii Capitaneus sit pro primo mense ut supra dictum est Dns Federicus de Savorgnano, et Consiliarii sui sint Dns Odoricus de Villalta, et Dns Federicus de Maniaco.

IV. Quartus Quinterius sit Terra Glemoné cum Verzeno, et quicquid est ultra Colloretum, Mels Pers, et Sanctum Danielem inclusive, et cum Carnea et Canali Clusæ: et huius Quinterii sit Capitaneus Dns Arthicus de Prampergo modo predicto pro primo mense, et Consiliarii sui Dns Asquinus de Colloreto, et Dns Coradella de Sancto Daniele.

V. Quintus Quinterius sit totum id quod est ultra

esse ultra Tulmentum, et huius Quinterii cit.
Capitaneus pro dicto tempore tantum unius mensis
Dns Precomea de Spilimbergo, et Consiliarii ui-
tine Dns Brisalea de Porcileis, et Nicolaus de
Prata.

Qua quidem ordinatione divulgata quesi-
tum fuit ab omnibus in dicto Colloquio si placue-
rit dicta ordinatio, et quid eis videbatur, et tunc
singuli interrogati more solito dicentes et respon-
dentes ordinationem predictam bonam et utile
esse, et ipsam vigore totius ~~[illegible]~~ Colloquii
approbaverunt et confirmaverunt. Petito dein-
de per ipsum Dnum Patriarcham quid videbatur
agendum, et quali pena puniendi essent illi qui
subditi sunt Ecclesie Aquilegen. et in tanto ne-
gotio essent inobedientes Dno Patriarche. Or-
dinatum fuit, et firmatum quod privati sint pro-
prio et pheudo et contra eorum bona procedatur
ubicunque illa inveniantur, et quod ex tunc fan-

tur

atur sententia, contra illos tales, et ita sententiatum fuit per omnes interrogatos more solito nemine discrepante, quod quicunque non invenerint, et non affuerint Dno Patriarche pro predicta defensione atque inimicis assiterit consilio, vel favore, publice vel occulte ex nunc privati sint sine aliqua citatione, vel requisitione, et pheudo et pro rebellibus habeantur de cetero Aquilegen Ecclesie, et ad perpetuam memoriam, et confusionem, et ruborem eorum tamquam proditores Eclesie Aquilegen depingantur in Palatiis Patriarchalibus Aquilegie Civitatis, Glemone et Utini, et quod nulla preces pro eis audiantur, nec admittantur, et quod omnes de Collaquio astabunt Dno Patriarche ad mandandum sententiam huiusmodi executioni, salvo ordina Prelatorum ibidem existentium supra damnatione personali taliorum predictorum. Et ita omnes de Colloquio prefato iurarunt agere, et perficere tactis sacris scripturis ad sacra Dei Evangelia.

Ordinatum fuit etiam ibidem tunc et fir-

matum

inatum per totum Colloquium quod deficientes in mostra et equitatione predicta iuxta impositionem unicuique datam, quicunque fuerint, si Eques sit, sibi pena alias imposita per Colloquium auferatur, si vero pedes fuerit pro prima die quo non inveniatur in exercitu perdat viginti denarios, et deinde singulis diebus quibus non inveniatur perdat pro quolibet die octo denarios ad quas penas exigendas omnes de Colloquio promiserint per fidem eorum assistere Dno Patriarche predicto.

Quibus sic peractis idem Dnus Patriarcha illos de Arcano ad se vocavit qui erant ibidem, scilicet Dnus Bizardus de Tricano, et Federicus de Moruzio, et alios tres ad quos spectat portare banderiam Ecclesie Aquilegen, et exercendi officium Marescalchi in exercitu dicte Ecclesie, ipsisque dedit banderiam Ecclesie Aquilegen. In Nomine Patris, et Dei Aeterni, ac B. Gloriose V. Marie Matris eius, ac Beatorum Martyrum Hermacore

et Forte-

et Fortunati Patronorum Ecclesie Aquilegeñ, videlicet per ipsos sacramento ad sacra Dei Evangelia toto eorum posse, et quod non evitabunt mortem, vel terga vertent hostibus pro defensione honoris et libertatis Ecclesie Aquilegeñ, et territorium eiusdem, et quod iustitiam facient, et cetera que spectant ad officium Marescalchi procurabunt, et adimplebunt iuxta possibilitatem eorum fideliter, et discrete: sic Deus ipsos adiuvet et S. Dei Evangelia.

Finito igitur Colloquio prefatus Dns Patriarcha notavit quod sapientes, et Consiliarii remanerent, et se traherent in partem ad consulendum, tractandum, ordinandum, et providendum supra iis, que restabant agenda pro custodia Terre, et aliis incumbentibus etc.

Ex supradicto Libro pag: 108. t°

In Christi nomine. Amen. Anno Nativitatis eiusdem Mill° tricentesimo trigesimo septimo. Indictione V. die XIX. mensis Ianuarii. Civitate Austrie in Camera Cubiculari infrascripti Dni Patriarche Bertrandi convocato et congregato Consilio Fori Iulii coram dicto Dno Patriarcha more solito. In quo quidem Consilio erant infrascripti Consiliarii, et alii electi per dictum Dnum Patriarcham, et ipsum Consilium videlicet:

VV. Viri

Dns Morandus de Porciliis Canonicus Aquilegen.

Guilelmus Magrani Doc: Decanus Can.s Civitaten.

Geraldus Prior de Sumaqua Capellanus dicti Dni Patriarche, et Nobb: Viri

| | |
|---|---|
| Dns Oloricus<br>Giraldus et<br>Iohannes<br>~~Henricus~~ | de Cucanea |

Leg: Guido de Margano – forse Leg. Gerv. Geraldus Articus

Artiuus de Prampergo

Bregonea de Spilimbergo

Philippus de Portis

Conradus Boiarius de Civitate Austriae ) notis

Hermanus de Carrisa / ~~Nobiles~~ ac milites

Gabriel de Prata

Asquinus de Collereto

Guarnerius et
} de Cucanea
Henricus

Ossalcus de Strasoldo

Rambaldus de Carvisiaco

Ricardus et
} de Tricano
Nicolaus

Franciscus de Villalta

Ioannes Ghibilinus de Civitate Austriae

Daniel Castaldio Civitaten.

Matheus Notarius de Aquilegia

Antonius Notarius de Civitate et

Mancolus de Utino

Ex praelatis ibidem capitulis supra scriptis

aliis quamplurimis

alias propositis in Colloquio Generali, et petito consi-
lio a suprascriptis personis, tandem deliberatione ha-
bita diligenti consuluerunt, deliberaverunt, et ordi-
narunt provideruntque in primis:

Super primo Capitulo, quod habet de militia Forijulij augmentanda quod eligantur sex Perso-
ne de ForoJulio; videlicet unus pro Prelatis, unus
pro Liberis, duo pro Ministerialibus et duo pro
Communitatibus, qui habeant auctoritatem augmen-
tandi dictam militiam, sicut eis videbitur expedi-
re pro meliori Patrie ForiJulii, et sic per dictum
Dnum Patriarcham, et Consilium statim electi
fuerunt Venabiles Viri:

Dnus Morandus de Purulijs. Can.cus Aquil.t pro Pre-
latis.
Dnus Gabriel de Prata pro Liberis
Dnus Arthicus de Spilimbergo } pro Ministerialibus
Dnus Arthicus de Prampergo
Dnus Philippus de Portis et } pro Communitatibus
Dnus Hermanus de Carnea

Quibus

Quibus per dictum Consilium tradita fuit potestas augmentandi dictam militiam, et de ipsa providendi sicut melius et utilius pro securitate, defensione, et bono statu Patrie Foriiulii expedire videbitur eisdem, et ad hoc faciendum terminum haberent hinc ad Dominicam medie Quadragesime.

Die XX. mensis Ianuarii. Presentibus Nobilibus Viris Dno Odorico de Cucanea, et Gerardo eius filio militibus testibus etc. Suprascripti tres electi per dictum Consilium convenientes in unum ad providendum super premissis sibi commissis à dicto Consilio pro bono Statu ac defensione Aquilegen. Ecclesie ac Patrie Foriiulii augmentaverunt, et addiderunt militiam tam dicto Dno Patriarche quam eius Subditis ultra impositionem aliàs factam prout inferius continetur.

Addiderunt namque supradicti:

Dno Patrche ——— elmos XX ——— Bal. V.

Dno Episcopo Concordien. — elmos II. — Bal. II.

Dño Abbati Bellinien — — elmos. I. — bal. I.
D. Preposito S. Stephani Aquil — elmos. I. — bal. —
Monasterio Maiori Aquil — el. II. — bal. II.
D. Abbati Rosacen — el. II. — bal. II.
D. Abbati Mosacen — el. II — bal. I.
D. Abbati Sexten — el. II. — bal. I.
Monasterio Maiori Civitaty. el. I — bal. I.
Illis de Prata — — el. IV — bal. —
Illis de Purcilliis — el. IV — bal. —
Illis de Pulcinico — el. II — bal. I.
Habitatoribus de Aviano — el. I. — bal —
Illis de Maniaco — el. I. — bal. I.
Illis de Pinzano — el — — bal. I.
Illis de Toppo — el — — bal. I.
Illis de Spilimbergo — el. II — bal. II.
Habitatoribus S. Viti — el. I — bal. I.
Illis de Strossavacca — el. I. — bal. I.
Illis de Frattina — — el. II — bal. I.
Illis de Flagonea — el. I. — bal. —
Federico de Castro Raymundi — el. — bal. I.

Illis

Illis de Villalta et Cavoriaco } — el. II. — bal. II.

Habitatoribus de Faganea — el. II — bal. I.

Illis de Tercano et Morucio. el. II. — bal. II.

Illis de Fontebono — el. I. — bal. —

Illis de Coloreto et Melso — el. II. — bal. II.

Illis de Perso et Susans — el. — — bal. I.

Henrico Bertulo et Corradello } fratrib. de S. Daniele. el. IV. — bal. II.

Aliis habitatorib. de S. Daniele — el. I — bal. —

Illis de Prampergo — el. I. — bal. —

Illis de Vendoyo — el. — — bal. I.

Illis de Buia — el. — — bal. I.

Habitatorib. et ministerial. de Attemps. el. II. — bal. I.

Illis de Cucanea, Partistagno et Valvasono } — el. IV. — bal. I.

Illis de Sophumbergo — el. I. — bal. —

Illis de Strasoldo — el. II. — bal. —

Illis

| | | |
|---|---|---|
| Illis de Manzano | el. II. | bal. I. |
| Illis de Varmo | el. I. | bal. I. |
| Utino / Savorgnano | el. X. | bal. V. |
| Civitati Austrie | el. V. | bal. III. |
| Glemone | el. III | bal. II. |
| Aquilegie | el. II. | bal. — |
| Montisfalconi | el. I. | bal. — |
| Rivarotta | el. I. | bal. — |
| Tulmetium | el. I. | bal. — |
| Cerneum | el. I. | bal. — |

Patet manu S. Eubertini de Novate Notarii et Cancellarii supradicti Dni Patriarche in uno quinterno parvarum chartarum plano Ordinationum Colloquiorum. Notas cuius S. Eubertini Notarii S. Simon Notarius de Lovaria Utini habitans habet.

Premissa omnia in precedentibus quattuor foliis contenta incluso presenti aliena manu fideliter

e Thesauro

a Thesauro Patriæ Foriiulii educta subscripsit, et signavit Ioannes Baptista Marchettanus Cancellarius eiusdem. E.

---

Ex pag: VIIIª t.º supramemorati Libri.

Sancta Sedis Aquilegen. Dei gratia Patha Bertrandus. Dilecto Nobili Meynardo de Faganea salutem et omne bonum. De Fidelitate et discretione tua plenam in Domino fiduciam obtinentes, Territum Gastaldie Nostre Faganee cum iurisdictione et Iuribus ad ipsum Territum spectantibus - - - - -

(Vid: pag: 16. huius.)

---

Rescripta in Archivio

Civitatis Foriiulii servata in foliolo

sig. tientis:

Indic.) extra nihil ~~sed Civit. Austrie servatum.~~)

Sancte Sedis Aquilegen. Dei gratia Patriarcha Bertrandus. Dilectis fidelibus nostris.. Castaldioni. Consilio et Populo nostre Civitatis Austrie salutem in Dno. Super quibusdam negociis statum nostre Aquilegen. Ecclesie ac totius Patrie Foriiulii tangentibus, Volentes die Dominica post octavam Epiphanie videlicet die. xv. Ianuarii proxime futuri nostrum in Utino generale Colloquium celebrare. Mandamus vobis quatenus dicto Colloquio penitus interesse teneatis.

Dat. Aquilegie XXVIII. Decembris. Indictione XIIIj.

(Indic. XIV. An. M.CCCXLVI.)

366.

Ex Epla in foliolo ... ... servato
.. in Archivio praedicto &c.

Foris) Dilectis Fidelibus nris ... Gastaldioni
et Consilio nrae Civitatis Austriae.

B. Patha
... Aquilegen ...

Intus ...

B. Patriarcha Aquilegen.

Carissimi filii. Quia Sindici Utini debent esse post prandium ad faciendum compromissum inter vos et ipsos in Remanzacho; mandamus vobis quatenus vestros similiter ut quod feliciter inchoatum est, felicius compleatur Sindicos transmittatis.

Dat in Castro nro Utini. V. Septembr. Indict. XV.

Indictio XV. in Anno M.CCC.XLVII. ...

Ex foliolo in Arch.°
Civit. Fori Julii servato,
forij. signato.

Dilectis Fidelibus nris .. Castaldioni .. Provi-
soribus et Consilio nre Civit. Austrie.

B. Patha
Aquilegen.

Intus.

Sancte Sedis Aquilegen Dei gratia Patha Bertran-
dus, dilectis fidelibus nostris .. Castaldioni Pro-
visoribus et Consilio nre Civitatis Austria, salutem
et gratiam nostram. Significamus vobis quod nos
misimus pro magistro Lazarino de Tergesto quem
ad vos mittimus super hedificatione Pontis. Et ideo
vobis mandamus, ut eidem magro Lazarino opus
ostendatis et diligenter investigetis ab ipso et ab
illo Fratre Minorum qui alias vidit quomodo
fieri possit dictus Pons et qualiter, nobisque

super

super hoc relationem faciatis de omnibus, cum enimus, dante Domino, Civitatem.

Dat. in Castro nostro Utini. IIII. Octobr. Indict. VIII.

respondet An. Dig. An. 1340

Ex foliolo servato ut hic retrorscriptum est, foris inscripto:

Dilectis Filiis nostris — Gastaldioni et Consilio nostre Civitatis Austrie.

B. Patriarcha Aquilegensis.

(intus)

B. Patriarcha Aquilegensis.

Carissimi filii. Significamus vobis quod ille de Montepanis venit ad nostra et Ecclesie servitia cum L. armigeris et erit die Veneris vel die Sabbati in Tulmino. Nos autem tibi sapientiores quod

veniat

veniat ... per Civitatem. Vos ergo cum ve=
nerit recipiatis eum honorifice et tractetis sicut ho=
nori nostro et vestro videritis expedire sicut no=
bilibus Forensibus facere semper consuevistis.

Dat. in nostro felici exercitu apud Marganum
xxij. Iunii. Indictione. xiiij.

Ann. MCCCXL.

Ex alio foliolo ut supra.

... foris signatum ...

Dilectis fidelibus nostris ... Gastaldi.
Consilio et Populo nre Civit. Austre

B. Patha
Aquilegen.

Intus. / .B. Patha
Aquilegen.

Fideles Carissimi. Recepimus ... litteras vras
super facto bovis accepti Magistro Iacobi quondam
Bernardi Fabri de Civitate, Ad quarum signi=
ficatio

ficata respondemus quod si dictus Laurentius ad nos veniat et faciat nobis fidem quod ita sit, prout in dictis vestris litteris continetur, nos sibi facie=mus restitui dictum bovem. Aliter autem facere non possemus absque nostri preiudicio. Cum Eccle=sia Aquilegen. in toto Ducatu et Comitatu Foriiu=lii merum et mixtum Imperium ac Iurisdictio=nem habere plenarie dinoscatur.

Dat. in Castro nro. Utini. XIII. Augusti.

Ex Volumine V.

in Arch.° Notarior. Civitatis.

"In q.dam Campi longi; ut incipit.

Intendunt probare, et fidem facere infrascripte Ville Campus longus, Calvazanum, Crauglum, Palatium et Presarganum, quod ———

omissis

In xpi noïe. Am. Anno Dñi a nativitate ejusdem Millo trecentesimo sexagesimo sexto Indictione IV. Die Dñico quarto Februarii. In Curia sive Concione Ville de Craugla Coram Dño Nicola Plebano Flambrii deputato per Rndm in xpo Prem et Dñum Dñum Bertrandum miseratione diña sce sedis Aquilegen. Patriar. super examinatione . . — per me Stephanum notarium Civitatn electum in predictis . . — — —

omissis

——— Dictus Ribula de Azello qui fuit de Craugla . ——— . . — quod recordatur, et scit, quod a captione citra Dñi Gregorii Patri semper dicte Ville nominate, et alie circumstantes consueverunt

postulare

pasculare, fenum facere [illegible] — — — per dictas silvas malavacha, venchavatum, Pulci=num, pasonale — — — — insulam seu usque ad cam=pos Sertii, et aliqui fecerunt pratas ——

omissis pluribus

Blasutus q. Matthiussii de Levada — — — dixit sacra=mento quod recordatur a XL. annis quod semper dicte Ville homines consueverunt boscare, et pascu=lare in dictis communiis nominatis in pace, et qui=ete excepto illo anno quod dnus Cardinalis tempore dni Ottoboni Patriarche inquietavit omnes homines sed omnino impignoravit, et ab illo tempore ce=tera nunquam fuerunt impignorati, vel inquietati usque modo et non debent fieri prata [illegible].

(omissis quia causa defecit.)

---

Ex folio dimidio signato
in fronte B. Vol. V.

Nicolaus Plebanus Plebis de Invida Concordiensis
Dioc. executor subdelegatus à Rmo in xpo Patre
et Dno Bertrando stae Sedis Aquil. Patre super
gratia facta discreto viro ptro Michaeli de Spe-
gnimbergo de Canonicatu et prebenda vacantibus
vel vacaturis in majori Ecta Ste Marie Civitatis
Austrie Aquil. Dioc. nulli alii de iure debitis per
Sanctissimum Patrem et Dnũ Dnum Benedictum PP. XII.
W. W. Dnis ——— Decano et Can.cis et Capto major.
Ecte Ste Marie Civit. Aust. salutem in Dno, et
mandatis nris ymo verius Aplicis obedire. Cum Ca-
nonicatum et prebendam in predicta ecta vacantes
per mortem Nicolussii de Civitate volentes tanquam
obedientie filius mandatum prefati Dni Patre nobis
in hac parte directum exequi humiliter et devote ptro
ptro Michaele et sibi et nulli alteri debentur de iure
duximus conf... dum, ipsumque per fimbriam
vestimenti nri investivimus de eisdem, et accedentes
ad prefatam Ectã ipsũ ptrũ Michaelem induxi-
mus

pasculare, fenum facere - - - - - — -
- - - per dictas silvas malavacha, vencharetum, Pulei-
num, pesonale - - - - - insulam sive usque ad cam-
pos Textii, et aliqui fecerunt predas ———

omissis pluribus

Blasutus q.d. Matthiussii de Levada - - - - dixit sacra-
mento quod recordatur a XL. annis quod semper
dicte Ville homines consueverunt boscare, et pascu-
lare in dictis communiis nominatis in pace, et qui-
ete excepto uno anno quod dns Carbonarius tempore
dni Ottoboni. Patr. inquietavit omnes morantes
sed omnino impignoravit, sed ab illo tempore ci-
tra numquam fuerunt impignorati, vel inquietati
usque modo et non debent fieri preda ecc.

(omissis quia carta defecit.)

Ex folio dimidia signato
in fronte. D. Vol. V.

Nicolaus Plebanus Plebis de Iurida Concordiensis Dioces. executor subdelegatus a Rmo in xpo Patre et Dno Bertrando sce Sedis Aquil. Patha super gratia facta discreto viro ptro Michaeli de Spegnimbergo de canonicatu et prebenda vacantibus vel vacaturis in majori Eccta Sce Marie Civitatis Austrie Aquil. dioc. nulli alii de iure debitis per Sanctissimum Patrem et Dnu Dnum Benedictum PP. XII. VV. VV. Dnis – – – Decano et Can.cis et Capto major. Ecte sce Marie Civit. Austr. salutem in Dno, et mandatis nris ymo verius Aplicis obedire. Cum Canonicatum et prebendam in predicta Eccta vacaverit per mortem Nicolussii de Civitate volentes tamquam obedientie filius mandatum prefati Dni Patha nobis in hac parte directum exequi humiliter et devote ptro ptro Michaeli si sibi et nulli alii debentur de iure duximus conf. – – – dum, ipsumque per fimbriam vestimenti nri investivimus de eisdem et accedentes ad prefatam Eccta ipsu ptru Michaelem induxi-

mus

mus in tenutam et corporalem possessionem Canonicatus et prebende predictorum et stallum in Choro, et locum in Capto assignavimus: Decernentes ex tunc irritum et inane si secus de dictis Canonicatu et prebenda a quolibet quavis auctoritate contigerit attemptari. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus et sigilli nostri fecimus appensione muniri...

omissis

Dat. Utini die xxv. mensis Madii Indictione V. sub A°. ccc xxxvii, Indict. V. die xxvi. mensis in Civit. Austr. in Choro maioris Ecclesie sancte Marie. presentibus ptris ...

omissis

Coram V. V. Dnis Eudone Decano Cano et Capto Eccle sce Marie Civit. Austr. ...

... dictus Dnus Decanus Can. et Captm vive voce appellaverunt ad ...

[incidimus in digressiones
abreptiones, subtractiones]

Ex membrana in sacculo Archivii
Capituli Civitaten. signato
num.° XXXIV.

In xpi nomine Amen. Anno Nativitatis eiusdem Millo. CCC.XL. Indicione VIII. die. II. intrante Februario. In Civitate Austria. in Palatio Pathali in camera Dni Patrie infrascripti. presentibus Ser Nino Tusco da Florencia canonico Civitaten. Matheo de la — notario de Burgo Pontis civitat. — — tts. ad hec vocatis et rogatis. Rdus in xpo Pater et Dns Dns Bertrandus Dei gratia Sce Sedis Aquilegen Patha ad honorem reverentiam atque laudem

Ex Pergamena signata num: LVII.
apud Nobb: DD. Fratres de Portis scil: Nicolaum
et Ricardum: etc.

circa medium ejus: legitur:

In xpi nomine. Amen. Anno Dni a Nativitate eiusdem M.CCC.XXXVII. Indict. V. die Martis: IV. exeunte Ianuario. Act. in Civitate Austrie: in Palatio Patriarchali. presentibus Antonio Notario Civitatis. Magro Iohe phisico de Aquilegia: Stephano qdm Zova de Florencia — — — — — testibus et aliis. Coram Rdo in xpo Pre et Dno. Dno Baltrando Dei gratia Ste Sedis Aqt Patha constituto Dno Dancele Eytolldione civitatis. intendente probare quod dnus Patha Aquilegen habet garritum super omnes de Budrio, et massarios quosdam qui in Villa Budrii super exfortiis, cruentis et maleficiis ex parte una, et Dno Odorico de Budrio ex parte altera; supradicti testes examinati per me Stephanum notarium, supradicti iuraverunt coram dicto Dno Patha apparentibus partibus supradictis dicere veritatem, remotis odio, amore, prece et pretio —

Hossi

Testes Dni Odorlici de Budrio, et Dominorum de Cuchagna et Consortum sub M. CCC. XXXVII. Ind. V. die VI. Aprilis in Civitate Austr. in Curia Sti Iohis Bapte. Coram Magro Antonio notario Civitatis Iudice deputato per Revdm in Xpo Prem et Dnum Dnum Bertrandum Dei gratia Patriarcham Aquilegen.

Intendit probare et fidem facere Dns Odorlicus de Budrio pro se et consortibus suis quod massarii Ville Budrii qui pertinent et pertinuerunt ad Dnos de Budrio sunt et ab antiquo fuerunt exempti, et immunes a placito districtus quod Castaldiones Civitatis consueverunt tenere in ipsa Villa, et quod dicti Dni de Budrio tenentur facere rationem de dictis massariis suis de omnibus excessibus quos fecerunt contra personarum vel membrorum

Laurentius de terra dicti Budrii filius Nicolussii de Trassio iuratus et interrogatus dixit suo iuramento se vidisse ... [illegible] ... iam sunt L. et ultra anni et ultra quod ipse morabatur cum Dno Nicolao antiquo, et vidit quod ipse Dns Nicolaus tenebat rationem inter quosdam massarios, sed nescit quod illi essent massarii, sed fuit decem dies captivus ad carcerum

trum; et exegit vadium, si faciebat cum jure vel non: ignorabat.

Martinus Clepin de Villa Budrii massarius Dni Abbatis de ~~[illegible]~~ Obriburch sed tolere advocatiam Dno Iohanni de Cucharea iuratus, et interrogatus suo dixit sacramento quod recordatur a. XL. annis quod numquam ~~[illegible]~~ massarios Dominorum de Budrio hobedire in placito districto quod Dns Nicolaus solebat facere rationem de suis massariis ~~[illegible]~~ usque tangeret personam vel membrum sed nescit cum jure vel iniure.

Lazenus q. Leonardi de Ripa Budrii massarius Dni Bernardi canonici Civitatem iuratus et interrogatus dixit suo sacramento quod recordatur a XXX. annis, et scit, quod Potestas Civitatis habet garritum in Budrio, sed Dns Nicolaus de Budrio volebat facere rationem de suis massariis, sed massarii sui non consueverunt hobedire placito districto, et similiter illi massarii de Obriburch. et dicebat quod tenebantur dare per singulum maleficiorum Gastaldioni

omissis

p. maleficiorum fiorenti. Et Ego Leonardus

Et ego Leonardus Dono Civis, et habitator Ci-
vitatis Aug. filius q.dam Egregii Viri q. Luca
bi Dono notarii publ.ci Imp.li authoritate
Notarii [illegible] et dicti [illegible]
[illegible] examinatoris — — — — assumptum ex
actis et scripturis q.dam q. Stephani olim [illegible]
Antonii Candellarii fideliter relevavi, et
transcripsi — — —

omissis

De hoedina apud Confraternitatem
S. Mariae, vulgo battutorum
Civitatis Augustae

vide sequentem paginam

Sanctae Sedis Aquilegiensis Dei gratia Patriarcha
Bertrandus. Ildebrandinus Paduanus. Tarvisin Fel-
trensis et Bellunensis. Guido Concordiensis. Petrus
[illegible]sinus. Frater Blasius Vicentinus. Natalis Emo-
niensis. Marcus Iustinopolitanus. Frater Bene-
dictus Civitanus. Frater Iohannes Parentinus ea-
dem gratia Episcopi. Universis et singulis fratri-
bus fraternitatis se pro Christo verberantium et flagel-
lantium in Plebanatu Civitatis Austriae Aquilegiensis
dioecesis salutem, et in die iudicii a parte Christi
dextera collocari. Quia dignum, et congruum est
Fratres charissimi, ut gaudia nostra, et tripudia confe-
ramus illis qui ex devotione Christi cuius livore
sanati sumus, et carnem et corpus suum saepe verbe-
rant, et affligunt, eisque annuntiemus Dominicae Re-
surrectionis, et largitionis indulgentias, qui consor-
tes sunt Dominicae Passionis. Expedit ubique illis
qui currentes in odorem unguentorum passionis prae-
fatae prompto spiritu, carne autem infirma, se post
crucem crucians clamantes qui vult post me venire
abneget semetipsum et tollat crucem suam, et sequa-

tur me

ter me, ac recogitant eum qui ut nos Deo Patri recon-
ciliaret talem pro nobis omnibus sanctam sustinuit
passionem. Episcopi dispensatores illius qui dat omni-
bus affluenter et non improperat non sit tamen de
illo infinito thesauro sanguinis Jesu Christi tam
impretiabili quod mundissima gutta, sed stilla suffe-
cisset ad redimendum tamen et plurie, totum genus
humanum illis praesertim gratiosi esse debemus qui
velati velatum, et flentes flentem, flagellati fla-
gellatum, et clamantes clamantem, cruciati cruci-
atum, et nudi nudum Christum sequuntur. Vestrum
itaque pium propositum commendantes qui ipsos
membra Christi caput Christum sequentes non solum
voce lacrimabili, sed et cruentis verberibus in sa-
crificio vos mactatis, et ad imitandum humilem
Christum passum et sponte oblatum alios provoca-
tis ad rapiendum regnum caelorum quod ———
. Johannes Baptistae + vim patitur et a violentis ——
———————— supplicationibus incli-
nati de Omnipotentis Dei misericordia, et Beatae Ma-
riae misericordiae Matris, ac Principum Apostolorum
Petri et Pauli ac martyrum Hermagorae et Fortunati

+. forte legendo Evangelistae

et omnium

et omnium suffragiis confisi, et meritis, omnibus
vere penitentibus, et confessis de dicta Fratalia,
se taliter et aliter pie affligentibus, et quicunque qui
devotione congrua processionaliter cum iisdem
processerint quadraginta dies pro cuaqueque
vice de iniuncta sibi penitentia in Domino sibi
misericorditer relaxamus. In cuius rei testimo-
nium, et credentiam pleniorem presentes scribi
iussimus et nostrorum sigillorum appensione mu-
niri. Dat. Aquilegie in Provinciali Sinodo. Anno
Domini Mill. CCC. XXXIX. Septima Indictione
Die seu festo Beati Marci Evangeliste vigesimo
quarto Aprilis

1336. 10 Januarii.

Editum Patriarche Aquilejensis pro electione Petri Pauli Episcopi Tarvisini.

1336. 1. Januarii, moritur Ubaldus Episcopus Tarvisinus, et a Capitulo eligit. Petrus Paulus Decanus et Canonicus Tarvisinus.

In Christi nomine Amen. Nos Bertrandus miseratione Divina Sancte Sedis Aquilejensis Patriarcha, tenore presentium notum facimus universis, quod anno Domini, millesimo, trecentesimo trigesimo sexto, Inditione quarta, die decimo Mensis Januarii. Veni in nostra presentia constitutus dilectus Capellanus noster Magister Jacobus de Carraria Canonicus Tarvisinus, Capituli Tarvisini, et suo nomine, et de ejusdem

Capituli

Capituli Tarisini, ut asseruit, conscientia, et mandato laudabiliter exposuit coram nobis quod bone memorie Ubaldo Episcopo Tarisino die primo Mensis hujus viam universe carnis ingresso, Capitulum antedictum vocatis ut asserebatur qui ad electionem futuri Pontificis debebant de jure, vel approbata consuetudine evocari, unanimiter, et concorditer Venerabilem Virum Petrum Paulum Decanum Tarisinum in futurum elegerunt Episcopum, et Pastorem, petens a nobis instanter nomine quo supra Magister Jacobus supradictus, ut in Ecclesia Tarisina, ubi eadem electio fore dicebatur celebrata juxta juris formam faceremus proponi edictum. Nos petitionem ejusdem Magistri Jacobi advertentes consonam rationi, litteras nostras hujus edictum continentes fieri mandavimus, atque fecimus, quarum tenor, infra proxime describetur; Man=

damus

damus etiam Cubertino de Novate de Mediolano, et Joanni Petro de factis Notariis Publicis scribisq. nostris ibidem presentibus, ut omnia, et singula, que in causa, seu negotio hujus electionis contenta occurrerent conscribenda, in actis eorum fideliter scriberent; et cum necesse fuerit in publica redigerent, seu redigi facerent documenta, et partibus petentibus, copiam traderent de eisdem: tenor autem predictarum litterarum talis est.

Bertrandus miseratione Divina Sancte Sedis Aquilejensis Patriarcha. Dilectis nobis in Christo Vicariis ecclesie Tarvisine sede vacante, salutem in Domino sempiternam. Constitutus in presentia nostra Dilectus Capellanus noster Magister Jacobus de Carraria Canonicus Tarvisinus Capituli Tarvisini, et suo nomine, de ejusdem Capi-

tuli

tuli Tarvisini conscientia, et mandato Laevjmabiliter exposuit coram nobis, quod bone memorie Ubaldo Episcopo Tarvisino, die primo Mensis hujus viam universe carnis ingresso; Capitulum antedictum vocatis, ut asseritur, qui ad electionem futuri Pontificis debeant de jure, vel approbata consuetudine evocari, unanimiter, et concorditer Venerabilem Virum Petrum Paulum Decanum Tarvisinum in futurum elegerunt Episcopum, et Pastorem - - petens - - - a nobis instanter nominum quo supra Magister Jacobus supradictus ut in Ecclesia Tarvisina, ubi eadem electio fore dicebatur celebrata juxta juris formam faceremus proponi editum. Nosq. petitionem ejusdem Magistri Jacobi advertentes consonam rationi de probitate vestra, et legalitate continua confidentes ad plenum, vobis Vicariis supradictis, vel alteri vestrum in virtute sancte obbedientie

ac sub

ac sub excomunicationis pena districte precipien=
do mandamus quatenus prima die Dominica
vel festiva qua eedem nostre littere monitio=
nes, et edictum continentes vobis, vel alteri vestrũ
fuerint presentate, in Missarum solemniis, cum
ibidem major aderit Cleri, et populi multitudo
pro parte nostra requirere, et monere in eadẽ
Ecclesia vulgariter debeatis omnes, et singulos,
volentes aliqua obiicere in electionis formam, vel
personam electi, quatenus infra decem dies
numerandos a publicatione presentium fienda
in Ecclesia antedicta, quos dies eisdem opposito=
ribus vel eorum alteri pro primo, secundo, et
tertio, ac peremptorio termino assignamus, co=
ram nobis ubicumq. fuerimus in nostra Civita=
te, vel Diœcesi Aquilejensi studeant legitime
comparere, propositur, et allegaturi contra for=

mam

mam dicte electionis, et personam electi, quic=
quid secundum Deum, et justitiam contra for=
mam electionis predicte et personam electam
opponere poterunt, et probare, alias elapso
dicto termino, secundum quod juris ordo requirit
etiam nemine opponente ex offitio nostro pro=
cedemus ad examinationem electionis predicte
et persone, secundum quod de jure tenemur, et
in tam negotio arduo viderimus expedire; volu=
mus etiam, et vobis, seu alteri vestrum, sub
pena predicta mandamus, quatenus post vulgarem
et solemnem publicationem de ejusmodi nostro
edicto factam in Ecclesia Tarvisina litteras nostras
continentes edictum predictum affigi, et clavari
faciatis in portis Ecclesie Tarvisine, et ibidem
per biduum affixa, dum divina celebrabuntur in
eadem Ecclesia facientes nobis intra terminum

antedictum

antedictum de publicatione, et affixione predictis
fidem per publicum instrumentum, has autem
litteras, monitiones, et edictum nostrum continen=
tes a tergo nostri sigilli impressione munitas
per Joannem de Tractis Notarium nostrum, fe=
cimus registrari daturi de earum presentatio=
ne Verone quondam Joannis de Castrofranco
latori earum nuntio nostro jurato, sine proba=
tione alia, plenam fidem.

Datum Utini in Patriarchali Palatio die XI.
Mensis Januarii. Anno Nativitatis Domini
M CCCXXXVI. Indictione IIII.

Eodem die post predicta Utini in Patriarchali
Palatio supradicto Verona filius quondam Jo=
annis de Castrofranco ad ejusdem Domini man=
datum in manibus mei Joannis Petri de Trac=
tis Notarii Publici supradicti predicti Domini
Patriarche Scribe juravit ad Sancta Dei Evan=
gelia

gelia per ipsum corporaliter sacris Scripturis

tactis presentare fideliter litteras predictas illis

quibus dicte littere diriguntur, et facere fidem

eidem Domino Patriarche presentationis ipsarum

infra terminum in ipsis litteris comprehensum

vel per litteras, vel per publicum instrumentum.

Anno, et Inditione predictis die vigesimo

primo Mensis Iannuarii in presentia mei Guber=

tini N.tarii Publici, et testium subscriptorum

ad hoc specialiter vocatorum, et rogatorum, com=

paruit in Iuditio coram supradicto Domino Pa=

triarcha Utini in Patriarchali Palatio ad jura

reddendum pro Tribunali sedente Venerabilis Vir

Dominus Iacobus de Carraria Canonicus Tarvisi=

nus suo nomine, ac Procuratorio, et Sindica=

rio nomine supradicti Capituli Tarvisini, pro=

ponens, et dicens, quod nuper videlicet die imo

predicti

predicti Mensis Iannuarii in anno Domini millesimo, tercentesimo, tricesimo sexto, Inductione quarta, vacante ecclesia Tarvisina Episcopo et Pastore per obitum bone memorie Domini Ubaldi Episcopi Tarvisini qui dicto primo die Iannuarii diem clausit extremum, et ipsius ut moris ecclesiastice tradito sepulture, Capitulum predictum statuerunt diem, et horas ad electionem in ipsa Ecclesia de futuro Pontifice celebranda, et in ipso termino.

Acta in electione Episcopi Petri Pauli, et ejus Confirmatione Anno. 1336.

Sancti Spiritus gratia invocata per formam compromissi Reverendum Virum Dominum Petrum Paulum Decanum Tarvisinum unanimiter, et concorditer in Episcopum, et Pastorem, prefate Ecclesie Tarvisine ipsum Capitulum Canonice elegerant, ipsiq. electioni sibi legitime per procuratorem ipsius Capituli presentate debito tempore legitime consentit prout de iis omnibus constare dicebat tam ex forma Decreti ipsius Ecclesie cum subscriptionibus et sigillis singulorum Canonicorum ipsius Ecclesie, quam aliis publicis Instrumentis, et quod idem Dominus Patriarcha ad ejusdem Domini Pauli

quo supra

quo supra nomine instantiam in Ecclesia Tarvisina predicta ut moris et juris est per suas litteras fuerat publice poni edictum, et - - - requiri, et moneri vulgariter omnes, et singulos, volentes aliqua obiicere in electionis predicte forma, vel persona supradicti electi, quod infra decem dies post publicationem predicti edicti, et - - - - coram eodem Domino Patriarcha ubicumq. tunc esset in Civitate, vel Diœcesi Aquilejensi legitime comparerent propositurus et alegaturus contra formam dicte electionis, et personam electam quicquid secundum Deum, et justitiam opponere possent, et probare; aliter autem elapso banno dicto secundum quod juris ordo requirit etiam nomine opponente ex offitio suo ad examinationem electionis predicte, et persone secundum quod de

more

more tenebitur, et in tam arduo negotio videt expedire. Qui quidem Dominus Jacobus ad faciendam fidem de procuratione facta litterarum supradicti electi in Ecclesia Tarvisina, produxit quoddam publicum Instrumentum manu confectum, ut prima facie videbitur, exhibuit se etiam sic, produxit Decretum prefatum omnia alia instrumenta tangentia electionem supradictam quorum exhibitorum tenor inferius per ordinem describeatur, et accusatorum predictorum numero competenti suo, et sindicario nomine quo superius contumaciam accusavit, ipsorumq. per eumdem Dominum Patriarcham contumaces petiit reputari, et in eorum contumaciam supradictam electionem sic de dicto Domino Petro Paulo Decano Tarvisino ut dicebat canonice celebratam per eum, et ejus sententiam

petiit

petiit, et requisivit a jure metropolitico confirma=
ri, et eidem electo munus consecrationis imper=
tiri, et quod ipse electus postquam erit con=
firmatus, et consecratus in spiritualibus, et tem=
poralibus licite valeat ministrare. Qui dictus
Dominus Patriarcha respondebit, quod electionem
predictam, et personam supradicti electi exami=
nare valeat, et facere in hujusmodi electionis
negotio quod justitia suadebit. Acta fuerunt
predicta Utini in Patriarchali Palatio memo=
rato, presentibus Ven: Viris Dominis Fratribus
Joanne Rosacen, Liberto Moracen Monasterii
Abbatibus Aquilejensibus, Dioecesis, Joanne de
Cranazola Legum Doctore, Camillo Magran De=
cretorum Doctore, Gerardo Regio juris perito
priore Ecclesie de Dioecesis, Moran=
do de Porcilis Canonico Aquilejensi, et Magistro

Dorico

Odorico Notario de Venetiis, et pluribus aliis testibus ad predicta vocatis, similiter, et rogatis. Tenor autem Instrumentorum, et aliorum actuum predictorum de verbo ad verbum sequitur in hunc modum.

N. 1.

N.° 1.

In Christi nomine. Amen. Anno Nativitatis ejusdem millesimo, trecentesimo, tricesimo sexto Inditione quarta; die prima Mensis Jannuarii presentibus infrascriptis Viris Presbitero Jacobo de Montebelluna, Jacobo de Todeschinis Clerico, et benefitiato Sancti Vigilii de Celarno Tarvisine Diecesis, Bartholomeo quondam Bonainsegne de Burgo Carpig: Clerico et Familiari infrascripti Domini Presbiteri Domini Beneduti, et aliis testibus vocatis, et rogatis. Venerabilis Vir Dominus Presbiter Benedictus Drogo Canonicus Tarvisinus habens talem, et tantam infirmitatem propterquam non potest absq. periculo sui corporis personaliter accedere ad Capitulum Ecclesie Tarvisine nec interesse cum aliis Canonicis ad tractandum de electione futuri Pontificis in

dicta

dicta Ecclesia celebranda vacante per obitum bone memorie Domini Vbaldi olim Episco-pi Tarvisini, fecit, et constituit, et ordinavit suum certum, et specialem procuratorem Re-verendum Virum Dominum Petrum Paulum Decanum, et Canonicum dicte Ecclesie Tarvisi-ne; tibique comisit, quo ad instantis electio-nis negotium totaliter vices suas dans eidem plenam generalem, et liberam potestatem no-minandi, eligendi, et postulandi vice, et nomi-ne ipsius personam idoneam in Episcopum et Pastorem Ecclesie Tarvisine ac jurandi in ani-mam suam si opus fuerit juxta formam Concilii generalis quod ipse impedimento tenet, hujusmodi, et tenebitur, ut creditur quando dicta electio fuerit celebranda; et nihilominus ad omnia alia, et singula facienda que

per

per ipsum Dominum Presbiterum Benedictum si opus esset, posset in ipso electionis negotio fieri, vel quomodo licet expediri, promittens ipse Dominus Presbiter Benedictus, se firmum, et ratum perpetuo habiturum quidquid per dictum suum procuratorem actum fuerit in premissis et quolibet premissorum. Actum Tarvisii in Camera domus Canonicalis habitationis dicti Domini Presbiteri Benedicti.

Ego Albertus Andrea de Todeschinis publicus Imperiali auctoritate Notarius his interfui, et rogatus scripsi.

N.° 2.

N.° 2.

In Christi nomine. Amen. Anno Nativitatis ejusdem millesimo, trecentesimo, tricesimo sexto. Indict.e quarta, die septimo Mensis Januarii; presentibus descriptis Viris Domino Nicolao Adelmario juris perito, Julio quondam Ser. Bonacursii de-la Costa, Alberto Clerico nato Joannis de Costa, Andrea dicto Clerico quondam Ser Pelegrini - - - et aliis testibus ad hoc vocatis, specialiter, et rogatis Reverendus Vir Dominus Petrus Bonus Canon.s Tarvisinus factus Economus per Reverendos Viros Dominos Petrum Paulum Decanum, Canonicos et Capitulum Ecclesie Tarvisine ejusdem Capituli Episcopatus, et Ecclesie predicte sede vacante prout patet publico instrumento scripto per me Notarium infrascriptum non credens posse intervenire cum aliis Canonicis ad tractandum de electione futura prout in dicta Tarvisina

Ecclesia

Ecclesia celebranda vacante per obitum bone memorie Domini Vbaldi olim Episcopi Tar=visini cum ipsum statim oporteat equitare extra Civitatem Tarvisii pro offitio suo Econo=matus de voluntate dictorum Petri Pauli Decani Canonicorum, et Capituli Tarvisini, fecit, et con=stituit, et ordinavit suum certum et specialem Procuratorem Venerandum Virum Dominum Con=radum de Lucca Canonicum Tarvisinum presen=tem, et mandatum sponte suscipientem, tibique comisit, quo ad instantis electionis negotium, et comisit totaliter vices suas dans eidem plenam, generalem, et liberam potestatem nominandi, ele=gendi, et postulandi voce, et nomine ipsius perso=nam idoneam in Episcopum, et Pastorem Eccles. Tarvisine, ac jurandi in animam suam si opus fuerit juxta formam Concilii generalis quia ipse

impedimento

impedimento hujusmodi tenetur et tenebitur ut creditur, quando dicta electio fuerit celebranda. Et nihilominus ad omnia alia, et singula facienda que per ipsum Dominum Petrum Paulum si opus esset posset in ipso electionis negotio fieri, vel quomodolibet expediri promittens ipse Dominus Petrus Bonus se firmum, et ratum perpetuo habiturum quidquid per dictum suum Procuratorem actum fuerit in premissis et quolibet premissorum. Actum Parisii in Canonica nova in loco ubi dicitur Capitulum.

Et ego Albertus Andrea de Todeschinis publicus Imperiali auctoritate Not.^s^ his interfui et rogatus scripsi.

N.° 3.

N.° 3.

In Christi nomine. Amen. Bone memorie Dno Vbaldo Episcopo Tanisino viam universe carnis ingresso. Anno nativitatis Christi millesimo tre=centesimo tricesimo sexto. Indutione quarta; die prima Mensis Januarii, ejusdem corpore tradito Ecclesiastice sepulture Reverendi Viri Domini Petrus Paulus Decanus, et Canonicus Tanisinus per se, et nomine suo, ac vice, et nomine Domini Presbyteri Benedicti Droghi, Conradus de Branchaseehis de Luca pro se, et nomine suo, ac vice, et nomine Domini Presbyteri Petri Boni habentes ad hoc legitimum, et spe=ciale mandatum, ut de predictis constat plene instrumentis scriptis per me Notarium infra=scriptum: Paulus de Trasin. de Bon. omnes et singuli Canonici Tanisini nunc presentes ad hoc specialiter congregati diem istum ad

continuatione

continuationes sequentium prefixerunt ad electionem futuri Episcopi celebrandam facientes absentes ad terminum hujusmodi evocari secundum consuetudinem Ecclesie Parisiensis sicut de his constat per me Notarium publicum. Convenientibus dein termino hujusmodi ad Capitulum Parisiense omnibus qui debuerunt, et voluerunt, ac potuerunt comode interesse, predictus Dominus Decanus vice sua, et aliorum, et singulorum de dicto Capitulo mandato, et eis specialiter ibi facto monuit omnes excomunicatos, suspensos, et etiam interdictos, necnon et quoscumque alios, si qui essent forsitam inter eos qui de jure, aut de consuetudine interesse in ipso electionis negotio non deberent quod recederent a Capitulo alios, alios eligere, libere permittentes protestans quod non erat sua, vel aliorum intentio tales admittere, tamquam jus in Ecclesia habentes aut procedere, seu eligere cum eisdem, immo

volebat

volebat, quod voces talium si qui reperirentur interfuisse, postmodum nulli prestarent suffragium nec afferrent alicui nocumentum, et prorsus pro non receptis, sicut pro non habitis haberentur. His peractis, et deliberatione habita per quam formam esset in electionis negotio procedendum, tandem placuit omnibus et singulis a predicto Domino Decano specialiter requisitis per formam compromissi eidem Tarvisine Ecclesie providere, unde unanimiter, et concorditer nullo penitus discordante dederunt sapientibus Viris Dominis Conrado de Branchasecchis de Luca Canonico Tarvisino, et Luce Tarvisino Canonico Cenetensi generalem, et liberam potestatem usque ad consumationem unius candele certe durationem eligendi in Episcopum Tarvisinum de gremio tantummodo Ecclesie Tarvisine. Ita tamen quod postquam de persona concordes fuerint eligendi unus ipsorum nomine eorum, ac totius Capituli Tarvisini personam

illam

illam eligat in ... ac provideat de eadem. Promittentes universi, et singuli quod ipsum reci=perent in suum Episcopum et Pastorem quem ipsi ut promittitur duxerint eligendum, seu de quo duxerint providendum. Acta sunt hec in Ci=vitate Tarvisii in Canonica nova dicte Ecclesie in loco ubi dicitur Capitulum. Anno nativitat: Christi millesimo trecentesimo, tricesimo sexto. Indict. quarta; die octavo Mensis Januarii presentibus dictis Viris Presbitero Alberto, et Blandino Man=sionariis dicte Ecclesie, Presbiteri Leonardo de Brusaporcho, et Nicolao quondam Joannis Mainerii prebendariis dicte Ecclesie Tarvisine, et aliis quam=pluribus testibus ad hoc vocatis, specialiter, et rogatis.

Et ego Albertus Andrea de Todeschinis Clericus Tarvisinus assumptus in hujusmodi electionis negotio per p̃dos istos Dnos Decanum, Canonicos, et Capitulum Tarvis: predictos. publicus Imp: auctoritate Notarius premissis omnibus et singulis interfui, rogatusq; scripsi, et in quinta linea ubi correctionem com=miseram ante subscriptionem meam in fine Instrum:i manu propria apposui, et contexi.

N.° 4.

N.° 4.

In nomine Domini Jesu Christi. Amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo tricesimo sexto. Indictione quarta, die octava Mensis Jannuarii in presentia mei Notarii et testium infrascriptorum ad hec specialiter vocatorum, et rogatorum. Reverendi Viri Domini Conradus de Branchasechis, de Lucca Canonicus Tarvisinus, et Presbiter Lucas Tarvisinus Canonicus Cenetensis compromissarii a Reverendo Viro Domino Presb.° Petro Paulo Decano, et Canonico Tarvisino, et Canonicis, et Capitulo ejusdem Ecclesie Tarvisine deputati, habentes plenam, generalem, et liberam potestatem eligendi Episcopum, et eidem ecclesie providendi prout in Instrumento scripto per me Albertum Notarium publicum plenius continetur, et se in domo Canonicali que fuit Domini Phillippi olim Canonici Tarvisini, et est juxta locum ubi dicitur Capitulum, se tra-

hentes

hentes in partem, ibidem habita collocutione, seu tractatu plurium personarum finaliter omnes insimul convenerunt in Episcopum eligendum. Demum venientes ad dictum Capitulum propter hec specialiter congregatum, predictus Dominus Conradus vice sua, et dicti Domini Luce compromissarii, et colege sui, ac de ipsius mandato sibi facto specialiter ab eodem, vice etiam totius Capituli Tarvisini, Venerandum, et prudentem Virum Dominum Petrum Paulum Presbyterum Decanum, et Canonicum Tarvisinum Ecclesie supradicte infra terminum in compromisso prefixum elegit solemniter in hunc modum.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen. Cum vacante Ecclesia Tarvisina per morte bone memorie Domini Ubaldi Episcopi Tarvis.i, placuit omnibus, et singulis per formam compromissi eidem Ecclesie providere mihi qui Conrado Canonico Tarvisino, et dicto Domino Luce

Canonico

Canonico Ceneten͡si collegæ mei plenam potestatem et liberam dederunt eligendi, et ipsi Ecclesiæ procurandi. Nos post diversos tractatus multarum personarum finaliter divina favente gratia in dictum Dominum Presbyterum Petrum Paulum Decanum et Canonicum dictæ Ecclesiæ Tarvisinæ direximus concorditer vota nostra virum utique providum, et discretum scientia, vita, et moribus merito commendandum in sacris ordinibus, et Sacerdotio, et ætate legitima constitutum, ac de legitimo matrimonio procreatum in spiritualibus et temporalibus ut plurimum circumspectum. Unde ego Conradus vice mea, et collegæ mei, seu socii, ac de mandato ipsius, vice etiam totius Capituli Tarvisini predictum Dominum Presbyt: Petrumpaulum Decanum, et Canonicum Tarvisi: eligo in Episcopum et Pastorem Ecclesiæ Tarvis: et eidem Ecclesiæ provideo de eodem. Electionem autem hujusmodi celebratam, cum omnes, et sin-

guli

guli approbaverunt, et cantando alta voce Te Deum laudamus; demum nostrum electum ad Ecclesiam deportaverunt, introducentes eum in Episcopali Cathedra, ut est moris, et demum dictus Dominus Conradus electionem ipsam Clerico, et populo publicavit. Acta sunt hec in Civitate Tarvisii in Canonica nova dicte Ecclesie Tarvisii in loco qui dicitur Capitulum, et in Ecclesia Tarvisii predicta. Presentibus sapientibus viris Dominis Ioanne de la Vazola utriusque juris perito, Presbijteris Daniele de Adelmario, et Alberto, ac Blandino Mansionariis, ac Presbijteris Leonardo de Bruschaporcho, Amadosio quondam Domini de Castelfranco, et Nicolao quondam Ioannis Mainerii, prebendatis supradicte Ecclesie Tarvisii, et aliis quamplurimis testibus Clericis, et Laicis ibi presentibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis.

Et Ego Albertus Andrea de Todeschinis Clericus Tarvisinus assumptus in hujusmodi electionis negotio per S. Viros Dom. Decanum, Canonicos et Capitulum Tarv. predictos, pub.s Imper. auct.e Not.s premissis omnibus et singulis interfui et rogatus scripsi, signoq; meo ac nomine consueto roboravi.

N.° 5

N.° 5.

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo trigesimo sexto Indictione quarta, die octava Mensis Januar. presentibus discretis viris Dominis Luca Tarv.° Canonico Cenetensi, Joanne de Lavazola utriusq. juris perito, Presbyteris Leonardo de Brusaporcho et Amadorio prebendatis Eclesie Tarvisine, et aliis testibus vocatis, et rogatis. Reverendi Viri Domini Conradus de Luca Canonicus Tarvisinus et Vicarius Capitulum, et Canonici ejusdem sede vacante fecerunt, constituerunt, et ordinaverunt venerabiles Viros Dominos Paulum de Trasin de Bononia, et Petrum de Buono Canonicos Tarvisinos. et mandatum sponte suscipientes, et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, sed quod unus ipsorum inceperit, alter possit

prosequi

prosequi et perficere nos, et dicti Capituli certos procuratores, et nuntios speciales specialiter ad presentandum Reverendo Viro Domino Petro Paulo Decano et electo Ecclesie Tarvisine electionem de ipso Canonico celebratam in Episcopum Tarvisinum, et ad petendum ab eo humiliter, et instanter ut ipsi electioni suum assensum debeat impertiri, et ad comparendum, et se prestandum coram Reverendiss.° in Christo Patre, et Domino Domino Bertrando Dei, et Apostolica gratia Sanct. Sedis Aquilejensis Patriarcha, et eidem instanter et humiliter supplicandum, ut electionem eamdem dignetur jure metropolitico confirmare, ac electo suo predicto munus consecrationis impendere, et ad substituendum unum, et plures procuratores loco eorum in premissis, et quolibet premissorum Promittentes, se firma, grata, et rata perpetuo habituros quecumque per dictos suos procuratores vel ab eis substitutos facta fuerint in predictis

et quibuslibet

et quibuslibet premissorum, et generaliter ad
omnia alia, et singula facienda que pro expe-
ditione electionis predicte fuerint opportuna
et que ipsi Canonici, et Capitulum facere pos-
sent si personaliter interessent. Acta Tarvisii
in dicta Ecclesia Tarvisina.

Et ego Albertus de Todeschinis
publicus Imperiali auctoritate
Not.s premissis interfui, et rogatus
scripsi.

No 6.

N.º 6.

In Christi nomine. Amen. Anno ejusdem nativit: millesimo trecentesimo, tricesimo sexto. Indictione quarta, die octava Mensis Jannuarii. Presentibus discretis Viris Dominis Joanne de Lavazola, et Geminiano de Mutina juris peritis, Magistro Petro de Fontanis Phijsico, Benvenuto Clerico Sancti Vitalis Diecesis Tarvisine, et aliis testibus ibidem vocatis, et rogatis. Prudentes Viri Domini Pauli de Trasin. de Bon. et Petrus de Buono Canonicus Tarvisinus procuratores Capituli et Canonicorum Ecclesie Tarvisine in solidum deputati habentes ad hoc legitimum, et speciale mandatum ut patet in instrumento scripto per me Notarium Publicum, presentaverant Reverendo Viro Domino Petro Paulo Decano et electo Ecclesie Tarvisine electionem de ipso factam in dicta Ecclesia Tarvisina petierant

ab eo

ab eo humiliter et instanter ut electioni predicte suum dignosceretur prestare assensum. Qui Dominus electus respondit quod super hoc deliberare volebat, et deliberatione habita diligentes responderet eisdem prout sibi divina gratia ministraret. Actum Tarvisii in domo habitationis Domini electi predicti.

Et ego Albertus Andrea de Todeschinis Pub.s Imperiali auctoritate Notar.s premissis omnibus interfui, et rogatus scripsi.

N.o 7.

N° 7.

In Christi nomine Amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo trecentes. tricesimo sexto. Inductione IV. die nono Mensis Jannuarii. Presentibus discretis viris Presbitero Alberto Mansionario ecclesie Tanzine, Presbitero Bartholomeo de Saglibecho, et Ugolino de Parma prebendatis ecclesie Tarv. testibus vocatis, et rogatis, et aliis. Venerandus Vir Dominus Bononeia Canonicus Tarvisinus Procurator Capituli, et Canonicorum Ecclesie Tarv. predicte ad infrascripta specialiter deputatus, ut in Instrumento procuratoris ejusdem scripto per me Notarium publicum plenius continetur. Constitutus in presentia Reverendi Viri Domini Petri Pauli Decani et electi Tarv. petiit ab eodem humiliter, et instanter ut electioni de se facte in dicta ecclesia Tarvis.a suum prestare dignosceret assensium. Quique Dominus electus respondit, quod super hoc

deliberare

deliberare volebat, ac etiam discutere circa
mas, et super hoc deliberatione habita res=
ponderet eidem provt sibi Dei gratia minis=
traret. Actum Tarv. in camera domus habi=
tationis Domini electi predicti.

Et ego Albertus Andree de Todeschinis
publicus Imperiali auctoritate Not.s
premissis interfui, et rogatus scripsi.

N.° 4.

In Christi nomine Amen. Anno nativitatis
ejusdem millesimo trecentesimo, tricesimo sexto
Indictione quarta, die nono Mensis Januarii.
Presentibus discretis Viris Presbitero Alberto
Mansionario ecclesie Tarvisine, Presbiteris Bar=
tolomeo de Saglibucho, et Vgolino Prebendatis
dicte ecclesie testibus vocatis et rogatis, aliisque
Venerandus Vir Dominus Paulus de Trasin
de Bononia, et Petrus de Buono Canonici

Tarvisini

Tanisini procuratores in solidum constituti a Canonicis, et Capitulo Tanisino ut patet publico scripto manu mei Notarii infrascripti habentes legitimum, et speciale mandatum, ad substituendum unum, et plures procuratores loco eorum pro negotio electionis expediendo factae in ecclesia Tanisina de Reverendo Viro Domino Petropaulo Decano, et electo Tanisii, fecerunt, ordinaverunt, et substituerunt loco eorum procuratores venerabiles Viros Dominos Iacobum de Carraria licet absentem, tamq. presentem, et Franciscum Calvan presentem, et mandatum sponte suscipientem suos, et dicte ecclesie Concanonicos, et Confratres ad omnia, et singula que habebant in mandatis a Canonicis et Capitulo Tanisino. In ipsos procuratores esse mandatum quod habebant totaliter transferentes. Actum Tan. in domo habitationis predicti electi.

Et ego Albertus Andrea Boreschinis pub. Imper. auctoritate Not. premissis interfui, et rogatus scripsi.

N.º 9.

No. 9.

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis ejus=
dem millesimo, trecentesimo, tricesimo sexto. Indict.
quarta; die decimo Mensis Januarii. Presbus
discretis viris Presbytero Jacino de Sarrapplebano
Ecclesie Sancte Marie de Molianis Tarvisine Dioe=
cesis; Alberto Cerrio nato Joannis de Lacosta
Flovamonte dicto Floraccio de Celo Not. et aliis
testibus ad hoc vocatis specialiter, et rogatis. Pru=
dens Vir Dominus Paulus de Trasin. de Bo=
nonia Canonicus Tarvisinus procurator Capitu=
li Tarvisini habens ad hoc legitimum, et spe=
ciale mandatum prout patet in instrumento
publico scripto per me Notarium infrascriptum
presentavit Reverendo Viro Domino Petropau=
lo Decano, et electo Ecclesie Tarvisine electio=
nem Canonice de ipso celebratam in Ecclesia
Tarvisina petens ab eo humiliter, et instanter

ut electioni

ut electioni predicte suum dignosceret prestare assensum. Qui Dominus electus respondit, quod ad hoc deliberare volebat, et deliberatione super hoc habita diligenti responderet eidem prout divina gratia sibi ministraret. Actum Parisius in domo habitationis Domini electi predicti.

Et ego Albertus Andrea de Todeschinis Pub.^s Imperiali auctoritate Not.^s premissis interfui, et rogatus scripsi.

Nº X.

N.º X.

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo, trecentesimo, tricesimo sexto. Indictione quarta die undecima Jannuarii. Presentibus discretis Viris Presbitero Jacobo qui fuit de Montebeluna Tarvisine Diocesis, et nunc moratur in Civitate Tarvisii, Gesordino quondam Petri de Musa Clerico, et Alberto Joannis de Lacosta Clerico, Floravante dicto Floraccio de Celo Notario, et aliis testibus ad hoc vocatis specialiter, et rogatis. Constituto in presentia Reverendi Viri Domini Petri Pauli Decani, et electi Tarvisii provido Viro Domino Paulo de Trasin. de Bononia Canonico Tarvisino, et procuratore Canonicorum, et Capituli ecclesie predicte habente ad hoc legitimum, et speciale mandatum ut de hoc constat publicum scriptum per me Notarium, ac petens humiliter, et ins-

tanter

tanter ut electioni de eo in dicta Tarvisina Canonica celebrate suum dignoscetur prestare assensum. Idem Dominus electus nolens divine resistere voluntati, electioni predicte consensit ad honorem Sancte et Individue Trinitatis, et Virginis gloriose, et S. Petri Apostol. propis, in cujus honore Tarvisine Ecclesie est fundata. Actum Tarvisii in domo Canonicali habitationis Domini electi superius nominati.

Et ego Albertus Andrea de Todeschinis
Publicus Imperiali auctoritate Not.s
premissis interfui, et rogatus scripsi.

N.° XI.

## N.° XI.

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo, trecentesimo, tricesimo sexto. Indictione quarta, die tertiadecima Mensis Januarii. Presentibus discretis Viris Blandino Amigi de Campo Mansionario Ecclesie Tarvisine, Presbiteris Joanne de Spercenico, et Bartholomeo de Saglimbecho Prebendatis dicte Ecclesie, Presbijtero Jacobo qui fuit de Montebelluna, et nunc moratur Tarvisii, et aliis testibus vocatis, et rogatis. Congregato Capitulo Canonicorum Ecclesie Tarvisine predicte in quo interfuerunt Reverendi Viri Domini Conradus de Luca, Vicarius Capituli, et Ecclesie Tarvisine sede vacante, Presbijter Benedictus Magister Scholarum Paulus Trasin de Bononia, Presbijter Petrus Bonus, Franciscus Calza, omnes et singuli Canonici Tarvisini in Capitulum, tamquam Capitulum congregati qui faciunt totum Capitulum

Tarvisin.

Tarvisinum, cum nulli alii Canonici presentes existerent, vel in locis ubi de jure, vel consuetudine deberent ad dictum Capitulum evocari, fecerunt, constituerunt, et ordinaverunt Venerabiles Viros Dominos Conradum, et Franciscum eorum commissarios presentes, et mandatum sponte suscipientes, ac Petrum de Baono absentem, tamq. presentem Canonicum Tarvisinum, et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit pejor conditio occupantis, sed quod unus eorum inceperit alter possit mediate prosequi, et finire suos, et dicti Capituli procuratores, et nuntios speciales specialiter ad comparendum et se presentandum coram Reverendiss. in Christo Patre, et Domino. Domino. Bertrando miseratione divina Sancte Sedis Aquilejensis Patriarcha, et ad instituendum Dominum Dominum Patriarcham de forma, et processu electionis celebrate in dicta Ecclesia Tarvisina in personam Domini Petripauli Decani Ecclesie Tarvisine predicte, et de meritis dicte

electionis

electionis, ac personam eligentium, et electi, omnibusque aliis premissa continentibus. et generaliter ad omnia alia et singula facienda, que per institutionem, et expeditionem electionis predicte, ac omnibus aliis, et singulis dependentibus, et connexis, seu predicta continentibus quoquomodo necessaria fuerint, vel etiam opportuna. Promittentes se firma, et rata perpetuo habituros quicquid per dictos suos procuratores, et institutores, vel eorum altero actum gestum fuerit in premissis et quolibet premissorum. Actum Parisiis in Canonica dicte Ecclesie in domo Canonicali habitationis dicti Domini Presbyteri Benedicti.

Et ego Albertus Andrea de Todeschinis pub.^s Imperiali auctoritate Not.^s premissis interfui, et rogatus scripsi.

Reverendis.

Reverendiss.o in Christo Patri et Domino Dño Bertrando Dei, et Apostolice Sedis gratia, Sancte Sedis Aquilejensis dignissimo Patriarche, Conradus de Brancheschis de Luca Canonicus Tarv. et Vicarius Capituli Tarvisini, seipsos cum omni reverentia debita, et honore. Cum propter vacationem diutinam Ecclesie Pastorum solatiis destitute gratia in spiritualibus, et temporalibus dispendia patiantur conditores Canonum deliberatiōe provida consuerunt, quod ultra tres menses vacare non debeant Ecclesie Cathedrali. Defuncto igitur Anno nativitatis Christi millesimo, trecentes. tricesimo sexto. Inditione quarta, die prima Januarii bone memorie Domino Vbaldo quondam Episcopo Tarvisino, et ipsius corpore cum reverentia tradito Ecclesiastice sepulture, ne ipsa Ecclesia viduitatis sue incomoda diutius deploraret fuit a presentibus dies octava Mensis Jannuarii cum continuatione sequentium concorditer assegnari. ad electionem futuri Pontificis

celebrandam

celebrandam citatis interim absentibus, et conveni=
entibus in termino supradicto ad Capitulum
Tarvis. omnibus qui debuerunt, voluerunt, et
potuerunt commode interesse, tandem delibera=
tione habita per quam formam esset in elec=
tionis negotio procedendum tandem placuit om=
nibus, et singulis electoribus per manum com=
promissi eidem Ecclesie providere, videlicet dedi=
mus unanimiter nullo penitus discordante
Venerabilibus Viris Dominis Conrado de Lucca
Canonico Tarvisino predicto, et Presbitero Luce
Canonico Cenetensi plenam, generalem, et libe=
ram potestatem usque ad consumationem unius
candele ceree terminum duraturam eligendi
in Episcopum de gremio dicte Ecclesie Tarvis.
ac ipsi Ecclesie de persona utili, et idonea
providendi, ita tamen quod postquam de perso=
na concordes existerent eligenda, unus ipsorum
de alterius socii, et college sui, et sensu, et
voluntate vice sua, et predicti college, ac vice

totius

totius Capituli Tarvisini personam illam eligeret in communi, et provideret ipsi Ecclesie de eadem. Compromissarii autem ipsi potestatem per nos sibi traditam acceptantes, et in partem postmodum Sacerdotes, tandem post diversos tractatus inter se habitos personarum plurium prout ipsi ab omnibus postmodum contulerunt in Venerabilem Virum Dominum Presbyterum Petrumpaulum Decanum, et Canonicum Tarvisinum unanimiter, et concorditer cognoverunt Virum utique providum, et discretum scientia, etate, et moribus, merito commendandum, in Sacris Ordinibus, et Sacerdotio videlicet, ac ceterorum etate legitima constitutum, et de matrimonio legitimo procreatum, in spiritualibus ac temporalibus plurimum circumspectum. deinde infra terminum in compromisso prefixum venientes ad Capitulum ad propter hoc specialiter congregatum. Predictus Dominus Conradus vice sua, et collegae sui, ac nomine et vice totius Ca=

pituli

pituli Tarvis. Dominum Dominum Petrumpaulum
Decanum elegit solemniter in hunc modum.
In nomine Patris Filii, et Spiritus Sancti. Ame.
Cum vacante Ecclesia Tarvisina per mortem
bone memorie Dni Vbaldi Episcopi Tarvisini
placuerit omnibus, et singulis per formam
compromissi eidem Ecclesie providere, mihique
Conrado Canonico Tarvisino, ac dicto Domino
Luce Canonico Cenetensi collega nostro plenam
potestatem, et liberam dederint eligendi, et
ipsi Ecclesie providendi. Nos post diversos trac:
tatus multarum personarum finaliter divina
favante gratia, in dictum Dominum Presbit:
Petrum Paulum Decanum, et Canonicum dic:
te Ecclesie Tarvisine direximus concorditer vota
nostra, virum utique providum, et discretum
scientia, vita, et moribus, merito commendatum
in sacris ordinibus et Sacerdotio, et etate
legitima constitutum, ac de matrimonio legi:

timo

ctimo procreatum, in spiritualibus, et temporali=
bus plurimum circumspectum. Unde ego Con=
radus vice mea, et collegæ mei, seu socii, ac
de mandato ipsius, vice etiam totius Capituli
Tarvisini prædictum Dominum Presbijterum
Petrumpaulum Decanum, et Canonicum Tarvis.
eligo in Episcopum, et Pastorem Ecclesiæ Tar.
et eidem Ecclesiæ provideo de eadem. Electione
autem hujusmodi celebratam, cum omnes, et
singuli approbavent, et cantando alta voce. Te
Deum laudamus, demum nostrum electum ad
Ecclesiam deportavimus, ipsumq. in Episcopali
Catthedra intronizavimus ut est moris, et con=
festim electionem ipsam Clero, et populo per
dictum Dominum Conradum fecimus publicari
Postmodum vero electionem dicto Domino ele=
cto per Reverendos Viros Dominos Paulum de
Trasin. de Bononia, et Petrum de Baono Cano=
nicos Tarvisinos, nostros procuratores ad hoc spe=

cialiter

cialiter deputatos et in solidum infra tempus tempus debitum presentato, et petito ab eo, ut suum prebeat eidem assensum, ipse tandem volens divine resistere voluntati infra tempus a jure statutum anuit votis nostris electioni consentiens de se facte. Ea propter Reverende paternitati vestre tam devote, quam humiliter supplicamus, quatenus electionem eamdem sic solemniter, sicque Canonice celebratam dignemini confirmare, ac eidem electo nostro munus consecrationis favorabiliter impertiri; ut Deo autore nobis, et toti Diecesi, velut Pastorem idoneum preesse valeat utiliter et prodesse. Nosque, et alii, etiam substituti sub ipsius regimine possimus coram Deo salubriter militare. Coeterum ut Dominatio vestra cognoscat evidentiora vota nostra omnium in predictis, et singulis concordasse — — — hujusmodi existere unanimes, et concordes pre=

Sentis

Sentis electionis nostre decretum paternitati vestre juxta statutum canonice roboratum propriis manibus ut sequitur, et subscriptum, quod etiam ad majorem cautelam per infrascriptum tabellionem in forma publica redigi facimus, atque sigillo nostri Capituli, ac propriis sigillari, seu aliorum qui sigillis propriis carebamus, prout inferius ex sigillorum subscriptionibus declaratur, duximus destinandum. (a)

Et ego Albertus Andrea de Todeschinis Mansionarius supradicte Ecclesie Tanrsi. pub.s Imperiali auctoritate Not.s supradicta omnia, et singula ipsorum de mandato dictorum Dominorum, Vicarii, et Capituli Tanrsini, ipsumque documentum roborari signo meo, ac nomine apposito consuet.m

Ego Conradus de Brancheschis de Luca Subdiaconus Tanrsinus Canonicus unus de compromissariis supradictis om

nibus

nibus interfui et in dictum Dominum
Petrumpaulum Decanum, et Canonicum
Janv. consensi de vice mea, et Domi=
ni Luce Canonici Cenetense ut est
dictum, elegi: et huic decreto manu
propria subscripsi, et quia proprio
carebam, sigillum apposui Domini
Presbyteri Benedicti Magistri Schola=
rum et Canonici Janisini:.)

Ego Conradus prefatus procuratorio nomi=
ne Domini Presbyteri Benedicti Ca=
nonici Janisini, et Magistri Schola=
rum qui propter infirmitatem pre=
fatis omnibus personaliter interesse
nequivit, sed per specialem, et legiti=
mum procuratorem interfuit premis=
sis omnibus, et consensit huic decre=
to manu propria mea scripsi, et de

ipsius

ipsius mandato, sigillum suum apposui consuetum.)

Ego Paulus Terosini de Bononia Subdiaconus Canonicus Tarvisinus omnibus interfui premissis, et consensi, et huic me decreto propria manu subscripsi, et cavens proprio sigillo Episcopatus Tarvis. Vicariatus sigillo signavi.)

Ego Conradus predictus Canonicus Tarvisinus procuratorio nomine Domini de Petro Baono Canonico Tarvisino, habens ad hoc legitimum et speciale mandatum, qui predictis omnibus interfuit, et consensit manu propria huic Decreto subscripsi, et ipsius Domini Petri predicti in Diaconali ordine constituti et Presbyteri Sancte Marie de Murian Diecesis Turcellane.

Ego

Ego Conradus predictus Canonicus Tar.
Procuratorio nomine Domine Pres.
Boni Canonici Tarisini, habens ad
hoc legitimum, et speciale mandatum
predictis omnibus interfui, et consen=
si, ac manu propria huic Decreto
subscripsi.)

Ego Presbyter Petrus Bonus predictus
Canonicus Tarisinus qui prefatum
Dominum Conradum ad premissa
meum procuratorem constitui qui=
bus nequi personaliter interesse
pluribus certe negotiis occupatus, pos=
tea superveniens huic Decreto ma=
nu propria me subscripsi, atque
consensi.)

Ego Franciscus Calza Canonicus Tarvis.
predictis, et prescriptis omnibus con=
sensi, ac presenti Decreto manu

propria

propria me subscripsi, sigillumq. meum
apposui consuetum. )

Ego Petrus de Baono Canonicus Tarvisinus
Diaconus ratam, et gratam habens
subscriptionem predictam factam per
dictum Dominum Conradum nomine
meo ad cautelam huic Decreto me
subscripsi manu propria, et predictis
omnibus interfui, et consensi, ac meum
sigillum apposui consuetum. ).

Actum et publicatum Tarvisii in domo Canonicali habitationis Domini Presbyteri Benedicti Canonici et Magistri Scholarum Ecclesie Tarvisine millesimo, trecentesimo, tricesimo sexto. Inditione quarta, die terciadecima Mensis Iannuarii, presentibus discretis Viris Blandino, Amigi de Campo Mansionario Ecclesie Tarvisine, Presbit. Bartholomeo de Saglimbecho, et Ioanne de Spercenico prebendatis dicte Ecclesie, ac Presbit.

Iacobo

Jacobo qui fuit de Montebelluna et nunc moratur Tarvisii, aliisque testibus vocatis et rogatis. Ideo autem hoc Decretum in domo predicta secundo quod fuit prehabitum primo in Capitulo super hac deliberatione (sic) in loco ubi dictum Capitulum fieri consuevit ubi electio, et processus electionis fuerunt solemniter celebrati quia Dominus Presbyter Benedictus infirmus in ipso loco cum aliis Canonicis non potuerunt interesse.

Ego Albertus Notarius predictus his interfui, et me subscripsi.

Confirmatio

Confirmatio electionis facta a Patriarcha jure Metropolitico praevia inquisitione de electione, et persona electi, et praevio examine.

Die Martis vicesimo tertio praedicti Mensis Jannuarii. Comparuerunt in judicio coram supradicto Domino Patriarcha post Vesperas ad jus reddendum pro Tribunali sedenti Utini in Patriarchali Palatio supradicto. Venerandus Vir Dominus Iacobus de Carraria, et Petrus de Baono Canonici Tarvisini eorum et procuratorio seu sindicario nomine supradicti Capituli Tarv. et Domini Petri Pauli electi supradicti, dixerunt, et petierunt, ut alios in hujusmodi negotio superius petierat supradictus Dominus Iacobus, et produxerunt verbo, et reponerunt sic licet. Instrumentum relationis supradicti edicti alios scilicet coram ipso Domino Patriarcha

in hujusmodi

in hujusmodi causa electionis productum, et omnium citatorum in . . . . . editi contentorum per se, nec per alium comparentiam contumaciam accusavit; ipsosque contumaces reputan . . . . . cum instantia petierunt, et in ipsorum contumacia per ipsum Dominum Patriarcham procedi ad confirmationem electionis predicte, et ad omnia alia que in hujusmodi electionis negotio venirent facienda, secundum quod jura exigunt ac requirunt. Qui Dominus Patriarcha nolens in hujusmodi negotio . . . . . . deliberatione procedere mandavit Magistro Petro de Fano de Chel Notario publico et Scribe suo ibidem presenti, oraculo vive vocis quod iret ad magnam portam Patriarchalis Palatii supradicti, et ibi alta voce faceret ex parte ipsius Domini Patriarche publice proclamare per aliquem ex nuntiis seu consortibus suis si ibi esset aliquis qui vellet

aliquid

Confirmatio electionis facta a Patriarcha jure Metropolitico previa inquisitione de electione, et persona electi, et previo examine.

Die Martis vicesimo tertio predicti Mensis Januarii. Comparuerunt in judicio coram supradicto Domino Patriarcha post Vesperas ad jus reddendum pro Tribunali sedenti Utini in Patriarchali Palatio supradicto. Venerandus Vir Dominus Jacobus de Carraria, et Petrus de Baono Canonici Tarvisini eorum et procuratorio seu sindicario nomine supradicti Capituli Tarv. et Domini Petri Pauli electi supradicti dixerunt, et petierunt, ut alias in hujusmodi negotio superius petierat supradictus Dominus Jacobus, et produxerunt verbo, et reponerunt sic licet. Instrumentum relationis supradicti edicti alias scilicet coram ipso Domino Patriarcha

in hujusmodi

in hujusmodi causa electionis productum, et omnium citatorum in . . . . . . edicti contentorum per se, nec per alium comparentium contumaciam accusavit, ipsosq. contumaces reputari . . . . . cum instantia petierunt, et in ipsorum contumacia per ipsum Dominum Patriarcham procedi ad confirmationem electionis predicte, et ad omnia alia que in hujusmodi electionis negotio venirent facienda, secundum quod jura exigunt ac requirunt. Qui Dominus Patriarcha nolens in hujusmodi negotio . . . . . . deliberatione procedere mandavit Magistro Petro de Saxo de Chel Notario publico et Scribe suo ibidem presenti, oraculo vive vocis quod iret ad magnam portam Patriarchalis Palatii supradicti, et ibi alta voce faceret ex parte ipsius Domini Patriarche publice proclamare per aliquem ex nuntiis seu consortibus suis si ibi esset aliquis qui vellet

aliquid

aliquid dicere vel aliter, et probare contra formam electionis supradicte, et contra personam supradicti electi vel contra alterum ex eisdem quod statim coram eodem Domino Patriarcha in dicto Palatio comparere deberet, aliter autem quod in hujusmodi negotio procederet prout de jure fuerit ipsorum citatorum absentia, seu contumacia non obstante. Qui Magister Petrus hujusmodi mandato suscepto iiens, et rediens, in mei Notarii et testium infrascriptorum presentia retulit eidem Domino Patriarche, se de mandato ipsius fecisse alta voce publice proclamare ad magnam portam predictam per Dorde de . . . . . nuntium juratum, seu cursum prefati Domini Patriarche prout sibi mandatum fuerat superius per eumdem. Qui Dorde nuncius supradictus ad ipsius Domini Patriarche mandatum juravit ad Sancta Dei evangelia quod . . . . . corporaliter scripturis

tactis

tantis se statim in magna porta predicta, alta voce publice proclamasse, modo et forma superius expressis prout sibi injunctum fuerat superius per Magistrum Petrum predictum, et statim dictus Dominus Patriarcha audita primitus relatione predicta, predictos citatos usque ad horam debitam expectatos, nec per se, nec per alium comparentem, reputans quo ad acta (sic) hujusmodi exigeret justitia, contumaces citatos ipsos dixit de sua benignitate expectamus hic (sic) ad diem Jovis proxime futurum usque ad tertiam. Acta fuerunt predicta Utini in Patriarchali Palatio supradicto, present. Venerabili Patre Domino Dei gratia Episcopo Concordie, Venerabilibus Viris Dominis Lambertino de Conegliano Vicarii Domini Episcopi Castellani, Joanne de Burralibus de Mutina Capellano, et familiari supradicti Domini Epis.

Octaclaro

iro

Octaclavo Plebano in. . . . Aquilejensis Diaceris, fratribus Silvestro de Roma Lectore in Thelog. (sic) Urbevetana, Francisco de Monte Flascono Ordinis Beati Francisci. G. de Cuanica et Iacobo de Laeno, ac Gubertino de Nonnate et Ioanne de Bavanis de Regio Not.o Publico et pluribus aliis testibus ad predicta vocatis, et specialiter rogatis.)

Die vicesimo

Die vicesimo quarto predicti Mensis Januarii comparuerunt in judicio coram supradicto Dno Patriarcha hora tertia ad jus reddendum pro Tribunali sedenti in Patriarchali Palatio memorato Venerabiles Viri Domini Jacobus de Carraria, et Petrus de Baono Canonici supradicti quo supenius nomine, et omnium quorum interest volentium aliquid obiicere, vel opponere contra formam electionis predicte, et contra personam supradicti electi, vel contra alterum ipsorum citatorum supradictorum non comparentium contumaciam accusarunt, ipsosq. contumaces petierunt reputari, et in ipsorum contumaciam procedi ad confirmationem electionis predicte, et ad alia que         in hujusmodi negotio facienda, et nunc dictus Dominus Patriarcha predictos citatos usque ad horam tertiam debitam expectatos, nec per se, nec per alium comparentem reputavis quo ad actum

hujusmodi

hujusmodi exigeret justitiam, contumaces, et salvo jure termini hodierni (sic) hodierni precibus acquisita de sua benignitate, dixit citatos predictos expectandos per totum hodiern. diem, et horam usque ad tertiam presentibus Venerabilibus patribus. G. Concordiensi, et Natale Cremonensi Episcopis, Fratribus Joanne Rosa et Oberto Mosad - - - Abbatibus Mon. (sic) Morando de Porcillis Canonico Aquilejensi, Guilelmo Mayrani Decretorum Doctore, Gerardo Regis Priore de Zaumam (sic) et pluribus aliis testibus ad predicta vocatis specialiter, et rogatis. Acta fuerunt predicta in Capella Patriarchali Utini.)

Eodem die par. . . post predicta Reverend. Pater, et Dominus Dnus Bertrandus Patriar. predictus Utini in Capella predicta assumptis secum Venerabilibus Patribus Dominis Guidone Concordiensi, et Natale Cremonensi Episcopis

et Vene=

et Venerabilibus et Religiosis Viris Dominis Fra=
tribus Ioanne Rosacen. Gilberto Mosacen. Mon.
(sic) Abbatibus Guidonem Decanum Ciuitatã.
Morando de Porcilliis, Gerardo Regis, Priore
Ecclesiae de Zauman. Canonici Aquilejensi Gui=
lelmo Maijrani Decretorum Doctore Ciuitaten.
Lambertino de Scoctis de Coneglano licentiato
in Legibus, Ioanne de Lavazola Legum Doctore
Fratribus Benvenuto de Triesto Guardiano, Iaco=
bo de Padua lectore cantus Fratrum Minorum,
Franciscino de Baganea Priori, et Franciscino de
Utino lectore, cantus Predicatorum Utini, et
Magistro Odorico Utini, ac Gabriele Notario
de Cremon. Utini, commorante voce dixit eis=
dem, quod cum ipse vellet examinare primo
electionem factam in Ecclesia Tarvisina de Ve=
nerabili Viro Domino Petro Paulo Electo Tarv.
et subsequenter personam ipsius electi ipsos,
et ipsorum quemlibet monuit diligenter ac eos

multis

multis aliis, et variis comminationibus, et adjurationibus adjuravit, et communicavit, quod doceat sibi bonum, et justum consilium secundum Deum, et justitiam eorum, quod sit faciendum in electione predicta, etiam dicti Consiliarii, lectis ibidem primitus per me Joannem Patri de Tracy Notarium publicum supradictum de ipsius Dni Patriarche mandato, servanti de verbo ad verbum meritis electionis predicte, et omnibus aliis Instrumentis, et juribus tangentibus electionem predictam, et meritis dicte electionis, ac juribus supradictis per eosdem consiliares diligentissime intellectis, et plene, ac cum matura deliberatione discussis omnes insimul, et divisimo nemine discrepante dixerunt, et pro consilio dederunt, quod videbatur eis, quod supradicta electio esset jure, et canonice celebrata, et quod procedendum erat ad examinationem persone supradicti electi, et si persona dicti

electi

electi reperiatur sufficiens, et idonea, quod prefatus Dominus Patriarcha debebat confirmare electionem predictam, et impertiri munus consecrationis electo predicto.)

De quibus omnibus idem Dominus Patriarcha petiit per me Joannem de Fractis, et Gubertinum Notarium de supradictis fieri unum vel plura si necesse fuerit publicum, vel publica Instrumenta. Actum in Capella predicta presentibus testibus, et consiliariis supradictis.

Die Veneris.

Die Veneris XXVI. Mensis Januarii supra=
dictus Dominus Patriarcha in Capella predicta
assumptis secum Venerabilibus Patribus Dnis
G. Concordien. Natale Cremonen. Fratribus Joa=
ne Rosacen. Giberto Mosacen. Mon. Abbatibus
Guilelmo Majrani Decretorum Doctore, Ge
rardo Regis priori de Zaumān. in jure Ca=
nonico, Baccalauro, Morando de Porcillis Cano=
nico Aquilejensi, et quamplurimis aliis litte=
ratis, et religiosis Personis fecit primo pru=
dentes Viros Dominos Conradum de Branche=
sechis de Cuccia et Petrum de Baono Canoni.
Tanissinos, instructiones electionis supradicte ad
sui, et ipsorum Consiliariorum presentiam evo=
cari, et ibidem ipsos, et ipsorum quemlibet
multis, et variis conjurationibus, et junctionibus
adjurare et eos, et quemlibet eorumde
interrogavit per Instrumentum quod tunc ibi=
dem ad Sancta Dei Evangelia sacris Scripturis

manibus

manibus corporaliter prestiterunt, utrum minas
vel impulsiones aliquas vel litteras Dominorum
vel mandata receperunt pro electione predict.
et quod eligerunt Dominum Petrumpaulum
predictum in Episcopum Tarvisinum qui res=
ponderunt per juramentum por ipsos prestitum
quod nec minas, nec impulsionem aliquam
nec litteras Dominorum, nec mandata recepe=
runt pro electione predicta, sed Canonici Tar.
habentes Deum pre oculis Sancti Spiritus gra=
tia invocata cum summa, et matura delibe=
ratione et elegerunt Dominum Petrum
Paulum predictum in Episcopum Tarvisinum
et subsequenter fecerunt etiam Venerabilem
Virum Dominum Petrumpaulum electum
predictum ibidem ad suam presentiam evocari
et dixit eisdem Consiliarii quod cum fecisset
diligenter examinata electio facta de dicto
Domino Petro, et non constaret nisi quod

examinaret

examinaretur persona dicti electi, quod diligenter persona dicti electi examinare volebat cum ipsis examinata persona quod docet sibi bonum, et justum offitium super hoc, et primo interrogarunt Consiliarii supradictos ipsorum quemlibet conjurando, et admonendo ipsos, ut supra supradictum est (sic) si videbatur eis quod Dominus electus, esset in etate legitima constitutus ad Prelaturam ad quam electus est obtinendam. Qui Consiliarii - - - - - per ipsos diligenter persona dicti electi responderunt concorditer nemine discrepante ad sic. Et cum Dominus electus interrogatus esset per ipsum Dominum Patriarcham in qua facultate studeat; respondit quod audierat jus Canonicum aliquo tempore, et deinde fuerunt facte predicto electo quamplures questiones tam per ipsum Dominum Patriarcham, quam per Consiliarios predictos, et primo Dominus

Concordien.

Conimbrien. eidem electo fecit hanc questionem. Queritur utrum bono Prelato suo debeat quis optare longam vitam, an bonam mortem, et et primo videtur esse, et arguit pro, et contra ad hanc questionem. Respondit quod melius est optare bonam, et longam vitam, quam bonam mortem, quia in bona, et longa vita comprehenditur communis, et privata utilitas; communis, quia bene vivendo omnibus prodest: privata quia sibi ipsi et semper plus meretur, sed in bona morte solum sibi prodest. Dominus Abbas Rosaien. fecit hanc questionem. Queritur impetravit a Legato Canonicatum, et Prebenda in Ecclesia Cathedrali vacaturum, et postea obtinuit confirmationem a Papa. Postmodum quidam alius petiit ab eodem Legato gratiam in eadem Ecclesia. Queritur an Legatus possit providere secundo, ad quam questionem

respondit

respondit, quod legatus potest facere secundam gratiam quia prima non censetur legata, sed Apostolica postquam confirmata est . . . ut de Prebendis cum queritur etc. si apostolice S. I.

VI. Dominus Abbas Mosacen. fecit hanc ques, Queritur utrum emere et vendere gladium ac venenum sit peccatum, et utrum emens, et vendens peccet, et arguit pro, et contra, et finaliter – – – quod emere, et vendere in se non est peccatum sed usus malus, et gladio, et veneno est reprobatus, et etiam est peccatum Dominus Guilelmus Maijrani fecit hanc questionem. An percutiens Clericum excommunicatum sit excommunicatus vel ne, et arguit pro, et contra. Respondit quod percutiens talem Clericum sit excommunicatus ut legitur et . . . . de sna (ex cois contingit) in, et f– – – consueverat – – – Joannem Andree post alios

et etc.;

et etc. — — Clerici et Ministri. Dominus Patriarcha fecit dicto electo talem questionem. Queritur utrum Presbyter degradatus conficiat Respondit quod varie sunt opiniones Doctorum ut - - - . et tenet cum Joanne Andrea quod verbaliter degradatus conficiat, sed actualiter non de na vo (sic) Doctores Ted. accedens. Quibus quidem questionibus in factis, et propriis Dno electo predicto, et ad questiones easdem per eumdem per eumdem Dominum electum respondentibus subsecutis. Idem Dominus Patriarcha premissis ut predicitur conjurationibus, et abjurationibus multis, variis, et diversis absentibus (sic) postmodum Dno electo, interrogavit Consiliarios predictos, et petiit consilium ipsorum utrum videretur eis, quod dictus Dns electus sufficienter responderit . . . supradictus et quod sit sufficiens, et idoneus ad obtinenda Prelaturam predictam. Qui responderunt nemine

desuveparte

discrepante, quod videbatur eis, quod predictus electus juditio eorum satis bene respondeire questionibus supradictis, et quod sit competentis litteratus, et persona idonea ad Prelaturam et Episcopatum Tarvisinum predictum obtinendum, et quod poterat, ac debebat procedere ad confirmationem electionis supradicte, et predicti electi, et electione ejusmodi confirmata impendere munus consecrationis electo predicto. De quibus omnibus idem Dominus Patriarcha petiit sibi fieri et dari publicum Instrument.

Eodem die Veneris in majori Ecclesia Utini constitutus ante presentiam Reverendi in Christo Patris et Domini Dni Bertrandi miseratione divina Sancte Sedis Aquilejensis Patriarche providis Viris Dominis Jacobo de Carrarda, et Petro de Baono Canonicis Tarv. instructionibus electionis predicte, et sindicario nomine quo superius proposuerunt dicentes

centes quod pridiem videlicet die primo Men=
sis Januarii, anno Domini millesimo, tre=
centesimo, tricesimo sexto, Indictione IV, qua=
tenus vacante Ecclesia Tarvisina Episcopo, et
Pastore per obitum bone memorie Domini
Ubaldi quondam Episcopi Tarvisini qui dicta
prima die Januarii diem clausit extremum
et ipsius corpore, ut moris est Ecclesiastice tra=
dito sepulture, Capitulum quidem statuerunt
diem, et horam ad electionem in ipsa Ecclesia
de futuro Pontifice celebrandam, et in ipso
termino Sancti Spiritus gratia invocata per
formam Compromissi, Reverendum Virum D.
Petrumpaulum Decanum Tarvisinum unani=
miter, et concorditer in Episcopum, et Pas=
torem prefate Ecclesie ipsum Capitulum ca=
nonice elegerunt, ipseque electioni sibi le=
gitime consentiit prout de his omnibus con=

stare

stare dicebat tam ex forma ipsius Decreti Ecclesie, et subsequentibus, et sigillis Canonicorum ipsius Ecclesie quam aliorum publicorum Instrumentorum; et quod idem Dnus Patriarcha de ipsius Dni Jacobi quo superius nomine instantiam in Ecclesia Tanzina predicta, ut moris est et juris est per suas litteras fecerat publice proponi edictum in ipsa Ecclesia, publice requiri, et moneri, sicut vulgariter omnes, et singulos volentes aliqua dicere in electionis predicte formam vel in personam supradicti electi, quod infra decem dies post publicationem predicti edicti, et monitionis coram dicto Dno Patriarcha ubicumque tunc esset, in Civitate vel Diocesi Aquilejensi legitime compareret propositurus, et allegaturus contra formam dicte electionis et personam electam quidquid secundum Deum, et justitiam opponere posset, et probare, vel autem elapso

dicto

dicto termino secundum quod juris ordo requi=
reret, etiam nemine opponente ex offitio ad
examinationem electionis predicte et persone
supradicti electi secundum quod tenebitur de ju=
re, et in tam arduo negotio videlicet impediri
Verum quia in dicto termino decem dierum, nec
post, nullus comparuit, nec adhuc comparet op=
positor, qui vellet aliquid dicere contra formam
electionis predicte nec personam predictam elec=
tam licet ipsorum contumacia fuerit . . . . . et
contumaces omnes quorum intererat vel vel=
let opponere contra predicta, fuerunt per dic=
tum Dominum Patriarcham legitime requisiti
in ipsorum contumacia dicta electio, et meritus
ipsius, et persona dicti electi fuerit diligentissime
examinata, quam electionem dicebat rite, juste,
et canonice, ac de persona idonea celebratam
petierunt, qui super per ipsum Dominum Pa
triarcham, et suam sententiam pronunciari, de=

cretari

cretavi, et declaravi electionem supradictam fuisse et esse Canonicam, ac rite, et canonice de persona idonea celebratam, ipsamque electionem, et omnia secuta ipsa autoritate Metropolitica confirmare, et eidem electo munus consecrationis impendere, et tunc idem Dominus Patriarcha mandavit, et fecit per me Joannem Notarium suprascriptum in dicto Palatio Utini alta voce publicare, et proclamare, quod si esset aliquis qui vellet aliquid obiicere, vel opponere, tam contra formam electionis predicte quam contra personam electam quod statim compareret coram eo, quia . . . . . vel autem procederet ad confirmationem electionis, et ad alia que manerent in hujusmodi negotio peragenda, et cum nullus compareret quia vellet aliquid obiicere, vel opponere contra formam electionis predicte, nec contra personam supradictam, Dominus Patriarcha precepit, atque mandavit ibidem publice quod si quis vellet ali-

quid

quid obiicere vel opponere contra formam elec:
tionis prædictæ et personam supradictam electam
quod statim compareret, qui paratus erat eum
audire, aliter autem non accederet, et cum
nullus apparuerit, nec appareret contra dicto...
vel volens opponere contra prædicta supradict.
Dominus Patriarcha reputavit omnes quorum
interat qui se volebat opponere contra formam
electionis supradictæ, et personam supradictam
electam reputavit exigente justitia contumaces
et in ipsorum contumaciam visis, et diligenter
inspectis omnibus, et singulis actis, et actita:
tis factis, habitis, et productis in causa, et
negotio electionis prædictæ - - - - tam per
ipsum, quam per Consiliarios suos supradictos
cum matura diligentia requisitis, factaque
sub his omnibus Consiliariis suis supradictis
et nonnullis aliis jure peritis relatione plena:

ria

cretavi, et declaravi electionem supradictam fuisse et esse Canonicam, ac rite, et canonice de persona idonea celebratam, ipsamque electionem, et omnia secuta ipsa auctoritate Metropolitica confirmare, et eidem electo munus consecrationis impendere, et tunc idem Dominus Patriarcha mandavit, et fecit per me Joannem Notarium supradictum in dicto Palatio Vrini alta voce publicare, et proclamare, quod si esset aliquis qui vellet aliquid obiicere, vel opponere, tam contra formam electionis predicte quam contra personam electam quod statim compareret coram eo, quia . . . . . vel autem procederet ad confirmationem electionis, et ad alia que manerent in hujusmodi negotio peragenda, et cum nullus compareret quia vellet aliquid obiicere, vel opponere contra formam electionis predicte, nec contra personam supradictam, Dominus Patriarcha precepit, atque mandavit ibidem publice quod si quis vellet ali-

quid

quid obiicere vel opponere contra formam elec-
tionis predicte et personam supradictam electa
quod statim compareret, qui paratus erat eum
audire, aliter autem non audiret, et cum
nullus apparuerit, nec appareret contra dicto...
vel volens opponere contra predicta supradicti
Dominus Patriarcha reputavit omnes quorum
interat qui se volebat opponere contra formam
electionis supradicte, et personam supradictam
electam reputavit exigente justitia contumaces
et in ipsorum contumaciam visis, et diligenter
inspectis omnibus, et singulis actis, et actita-
tis factis, habitis, et productis in causa, et
negotio electionis predicte - - - - tam per
ipsum, quam per Consiliarios suos supradictos
cum matura diligentia requisitis, factaque
sub his omnibus Consiliariis suis supradictis
et nonnullis aliis jure peritis relatione plena-

ria

ria et - - - - de - - - - - - peritorum
consilio, et assensu Christi nomine invocato
pro Tribunali - - - - hab. - - - - predicta
fuisse - - - - - - - - - et canonice, et
de persona idonea celebrata, ipsamq. electionem
de supradicto Domino Petropaulo factam, in
quantum de jure potuit auctoritate metropoliti=
ca confirmavit, ipsumque Dominum Petrum-
Paulum electum ad pacis osculum recepit, et
dedit eidem electo licentiam administrandi tã
in spiritualibus, quam in temporalibus, secun=
dum quod decet electum confirmatum, asserens,
quod predicto electo assignabit terminum ad
recipiendum munus consecrationis ab ipso Dño
Patriarcha prout sibi videbitur expedire. Quibus
sic actis - - - - - supradicti Domini G:
Concordien., et Natale Cremonen. Episcopis, et
ac Dñi Fratres Joannes Mosacen., et Ubertus

Mosacen

Mosacen. Mon. Abbatibus, Joanne de Lavazola utriusque juris professore, Guilelmo Maijrani Canonico, Civitatensi Decretorum Doctore, Lambertino de Scottis de Coneglano licentiato in Legibus, Morando de Porcilliis, Gerardo Regis Canonico Aquilejensi, Berengorio Matthei de Plebano Plebis in Mangispurch, Francisco Canoni. Utini, Fratribus Francischino de Baganea Subpriori Conventus Predicatorum Utini, et Guardiano Minorum de Utino. Germano, et Francisco de Carnea - - - Federico quondam Domini Galvani advocato Malusio de Utino, et Gabriele de Cremona Notario, Utini commorantibus, et pluribus aliis testibus ad predicta vocatis specialiter et rogatis.

# Bertrandi Patriarchæ Aquilejensis

ex Sacculo Archivij
Capli Civitaten
signato n° XXXIV.

In Xpi nomine Amen. Anno nativitatis ejusdem Millō. trecentesimo quadragesimo. Indictōe octava. die secundo intrante Februario. In Civitate Austria, in Palatio Patriali in Camā dni Patre infrascripti: pntib. Tu:rino Tusco de Florentia comor Civitate. Matheo de La: not? de burgo Pontis Civitis … testib. … Rdus in Xpo Pater et dns dns Bertrandus Dei gra S. Sedis Aquilegen Patha ad honorē, reverentiam atque laudem gloriosiss. Virginis Marie que virgineo utero portare meruit omniū Redemptorē et Salvatorē, ut tanto devotis laudibus extollatur, quanto ejus benedictus fructus ipsum ad ejus dexterā collocatum pre creaturis omnibus super ethera exaltavit, et etiam ad divini cultus augmentum, suo successorumque suorum et Aquilegen ecctē nomine dedit, tradidit, ac in perpetuū cessit ac concessit Venabilis Viris Dnis Guidoni Decano, Canonicis et Capitulo Ecclesie Sancte Marie Civitatis Austrie Aquilegen diocesis ibidem in presentia dicti Patris constitutis, recipientibus vice et noie dēe Ecclesie S. Marie ejusq; Capli advocatiā totam, et ius advocatie, quod et quam habet, et habere dignoscitur ipse et Ecclesia Aquilegen in quodam manso dēi Capli sito in praesidio recto per … ita quod de cetero dictum ius Advocatie ad ipsā Ecclesiam Civitaten, ejusque Capitulū pleno iure ptineat, et de ipsa suam possit facere voluntatem; Et hanc concessionem, et cessionem idem Pater et dns fecit pfate Ecclesie Civitaten, ejusq; Caplo ad honorē dēe Virginis Marie, et ut divinus cultus augeatur, ut dictū est, ut de

cetero

cetero qualibet die immediate post completorium Canonici, et Capitulum eiusdem Ecclesiae solemniter cantare in Choro eiusdem Ecclesiae teneantur in perpetuum Salve Regina vel aliam antiphonam unam de eadem Virgine gloriosa cum oratione eiusdem. Quam quidem concessionem et omnia, et singula in hoc instrumento contenta idem Pater et Dominus per se, suosque successores cum obligatione omnium bonorum Ecclesiae Aquilegensis eisdem Dominis Decano, Canonicis et Capitulo pro se, et eorum, et nomine dictae Ecclesiae Civitatis, et successorum suorum stipulantibus promisit perpetuo firma et rata, et grata habere, atque tenere, et non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa de iure, vel de facto: In cuius quidem rei concessae et datae tenutam, et corporalem possessionem ad ponendum dictum Capitulum Venerabilis Vir Dominus Guillelmus praepositus Carneae fuit ab ipso Patre et Domino nuntius datus et assignatus.

Et ego Petrus de Aquilegia Civitate filius Iohannis quondam Domini Iuliani imperiali auctoritate notarius praedictis omnibus interfui et rogatus scripsi, et publicavi.

---

Ap. D. Carolum Fabritij Nob. Utinen. sub n.° 22. 1341.

Sanctae Sedis Aquilegensis Dei gratia Nos Patriarcha Bertrandus ad perpetuam rei memoriam. Magni esse meriti non ambigimus apud Deum si oves errantes, et morbidas ad ovile reducimus, et a morbi contagio liberamus. Hac itaque mente considerata, et pio ducti affectu Ecclesiam Sancti Confessoris Nicolai simplicem sine cura sitam in burgo Postelli Terrae Utini nostrae Aquilegensis Dioecesis habita prius matura deliberatione cum nostro Capitulo Aquilegensi multisque aliis viris solennibus et peritis ad laudem et honorem Omnipotentis dei, et gloriosae Virginis Mariae Matris eius ac praefati Antistitis Nicolai erigimus in Ecclesiam regularem ibi viginti Monialium computata Priorissa persona Collegium Deo propitio duraturum perpetuo deputantes

deputantes, que sub professione regule beati Augustini in habitu
albo, per quem mentis et corporis designatur puritas, et velo nigro
ut sciant se a mundo exutas sub regimine Priorisse perpetuo
Domino famulentur. Ad huiusmodi autem Monasterium per easdem Po=
riores et Moniales non solum virgines vel viduas continentes
sed etiam impudicas que de corpore suo, vel voluptate publica
aut etiam nimia paupertate in lupanari questum fecerunt dum
tamen animo contrite sed vere et non simulate penitentiam per
exteriorum indicia se preveniisse doceant recipi decernimus
et mandamus. Ad rectitudinis semitam tales revocare
iuxta verbum canonis inter caritatis opera non minimum
reputantes. Speramus siquidem indubitabiliter, et tenemus,
quod huiusmodi religiose persone non solum sibi parent eternorum
meritorum augmentum sed suis orationibus commutando
verum etiam nostrum et lute nostre statum eandem devotis orationibus
et quibus in prosperitate credimus conservari. Verum
ne paupertatis inopie mendicare seu reflectere animum
ad deteriora cogantur, sed necessaria in claustro reclu=
se semper habeant competenter. Monasterium huiusmodi, ac ipsarum
monialium Conventum dotandum duximus in hunc modum.
Cum enim quoddam territorium iuris lute nostre positum prope
predictam terram Utini situm in loco qui dicitur Leippa, quod
penitus erat incultum et sterile ad novam culturam cum
multa sollicitudine nostra reduci fecerimus, nos
premissorum consideratione de consilio, et consensu predicti nostri
Capituli, eidem Monasterio Monialibus, et Conventui pietatis
et religionis intuitu, ac pro animarum nostrarum, et successo=
rum nostrorum remedio donamus tradimus et consignamus
novale predictum videlicet territorium situm in predicto loco dicto
Leyppa in quo sunt campi centum terre vel ibcirca, certis
personis predicto livellatum cum omnibus iuribus et pertinentiis
eorundem. Ita quod amodo huiusmodi persone predicti Monasterio
Monialibus.

Monialib. et Conventui de redditib. Civallariis [illegible] videlicet
de quolibet predicto campone unum sextarium frumenti et unam
gallinam ad [illegible] respondeant atque solvant. Damus modo predicto
ipsis Priorisse, Monialib. et Conventui braydam unam positam
iuxta terram predictam. Ubi quondam brayda fuit quondam Odonis [illegible]
et quam de nostra pecunia emimus ab eodem. Ut per hec et alia
que per nos et successores nostros aliosque Christi fideles dictis Priorisse
Monialib. et Conventui fuerint impertienda inspirante Domino
elargita possint ipse Moniales sustentari, et in eodem Mo-
nasterio sub regulari disciplina Christo Domino iugiter famulari.
In cuius rei testimonium, et perpetuam firmitatem presentem paginam
fieri fecimus, et nostro ac Capituli nostri predicti sigillorum appensionibus
muniminine roborari. Actum et datum in Capitulo nostro Aquilegensi
die [illegible] Novembris. Anno domini a Nativitate M.CCC.XLI.
Indictione IX.

ex autographo existente penes Moniales S.
Nicolai [illegible] adhuc sigillis munito nempe
[illegible] B. Bertrandi Patriarche ac Capituli Aquilegensis.

Ex membrana ap. Co. Ios: de Formentinis.

In xpi noie Am. Nuper de proximo preterito mense octubris. Et exinde continue successive quamplurimorum clamosa et veridica insinuatio quin pocius detestatio ad Nos pervenit, ac etiam fama notoria immo verius infamia cum murmurationis strepitu in noticiam nostram deduxit, Quod Reverendissimo in xpo Patre et Dño dño Bertrando dei gratia sancte Sedis Aquilegen Patriarcha, iuste et quiete per se et alios eius nomine et Eclesie Aquilegen, omnia et singula infrascripta tenente et possidente vel quasi. Terram, videlicet Civitatis Austrie Aquilegen dioes. ~~[illegible]~~ Palatium quoddam quod Patriarchale dicitur. Domum quamdam que domus Prepositure vocatur in eadem Terra sita. Ac quoddam Fortilitium Antrum uulgariter nuncupatum in prefata consistens dioesi. Nec non iurisdictionem merum et mixtum Imperium in dictis locis, et inter homines dictorum locorum habitis exercendi. et suis etiam colligendi quosdam fructus, et nonnulla alia iura in prefatis locis, et ipsorum territorio, notorie a tanto tempore citra et per totum tempus, cuius memoria non existit ad prelibatam Eclesiam Aquilegen, et iamdictum Dñm Patriarcham, ipsiusque antecessores spectantia et pertinentia. Nobilis vir Henricus natus quondam Magnifici Dñi Alberti Comitis Goricie, antiqui hostis instigante malicia iamdicta loca, et iura in divine Maiestatis contem-

ptum

ptum, cuiusque sacrilego non absque gravi praefati Dni Pathe, et Ecclesie Aquilegien offensa ex quadam ipsius temeritate praesumpta invasit, et occupavit. Illaque per se et alios adhuc pro sue voluntatis arbitrio minus iuste detinet occupata. Ex quibus etiam locis praefatis, nonnulla bona eiusdem Dni Pathe ipsiusque Officialium damnabiliter vasi fecit in huius iniuriam, et praefati Dni Pathe et Ecclie Aquilegien evidens praeiudicium atque damnum. Quibus omnibus et singulis sic nequiter perpetratis, Universitas et Commune, et homines dicte Terre Civitatis Austria in reprobum sensum dati, Divineque et humane legis contemptores, prelibato Henrico praestiterunt, et praestare minus iuste continuatione reproba non desinunt opem, auxilium consilium et favorem. Quinimmo quod nephandius est, eundem Henricum in publico Arengo, in eorum Universitate ad sonum campane congregata, in eorum Dominum elegerunt, sibique quantum in eis fuit dominium et possessionem praedictorum locorum et iurium tradiderunt, fidelitatis etiam iuramentum sibi praestiterunt. Invaserunt quoque nichilominus publice et notorie una cum Exactis dicti Henrici praefatum fortilitium de Antro, illud de possessione et tenuta eiusdem Dni Pathe violenter auferendo, non sine status pacifici fidelium

dicte

dicte lite perturbatione, et scandalo, et lesione mul=
torum. propterque subditi eiusdem lite gravibus
involuti dispendiis, comminata [illegible] exinde discrimi=
na homicidia, incendia varia, scandala et horrenda
flagitia, adeo quod non solum ipsius Terrae, sed totius
Patriae quietis et tranquillitatis statum turbationis
amore libidine delinquentes praefati fatigant, et conti=
nua multiplicatione impune, in deterius fatigare co=
nantur. Et quamquam omnia haec nefaria per iam
dictum Henricum, et praedictam Universitatem perpe=
trata forent in tota Patria Forojulii, et Dioecesi Aqui=
legen. [illegible] nulla poterant tergiversa=
tione celari. Hic hominibus ex habundanti cautela
super praedictis de plano ad nostri animi informa=
tionem recepimus, et examinavimus quosdam testes
per quos dicta et alia praecedentia et sequentia
praedictis omnibus et singulis [illegible] per
Nos notoriis contra praedictum Henricum, et praefatam
Universitatem et homines eiusdem [illegible] iamdictique
testibus tamquam notoriis per Inquisitionis formam
decrevimus procedendum. Quem quidem Henricum
et Universitatem iamdictam, et homines eiusdem
per nostras certi tenoris litteras, modo forma et
terminis in eisdem comprehensis duximus citan=
dos et requirendos ut certo termino peremptorio
in ipsis litteris comprehenso coram Nobis Utini
Aquilegen. Dioecesis in domo nostrae habitationis
ad respondendum super dicta Inquisitione, et con=
sentiis in ea peremptorie et legitime comparere

curarent

niverent. Deinde ad omnes et singulos actus in praefatis
necessarios procederi. Necnon diffinitivam sententiam
super premissis audituri. Ad quos omnes et singulos actus
et etiam ad dictam sententiam audiendam cum effectu iam
per prolationis eiusdem ex tunc dictum Henricum et
Universitatem praefatam peremptorie per easdem
litteras requiri fecimus et citari. Quo termino ad-
veniente nobisque legitime constante de affixione
et publicatione predictarum litterarum nostrarum
citatoriarum, [illegible]
[illegible] fecit dictum Henricum et supradictam Universi-
tatem Civitatis Augustae, et homines eiusdem pro-
nunciavimus contumaces, et in eorum contumaciam
[illegible] formam predictarum nostrarum litterarum citatoria-
rum, et ad omnia et singula contenta in ipsis fore
procedendum. Quos etiam ad hodiernum diem de beni-
gnitate duximus expectandos. ipsosque usque ad horam
debitam expectatos non comparere curantes, licet [illegible]
super ianuas domus habitationis nostre publice
fecimus evocari. demum pronunciavimus contumaces
et in ipsorum contumaciam super eamdictis [illegible]
re et processibus huius procedendum ad diffinitivam
sententiam proferendam. Nos itaque Nicolaus
Dei gratia Archiepiscopus Iadrensis et prefati Domini
Pape Vicarius in spiritualibus et temporalibus
generalis specialiter etiam a prefato Domino Papa
deputatus ad inquirendum, corrigendum et pu-
niendum subditorum ipsius Domini [illegible]

[illegible]

~~[illegible]~~

excessus, visa et diligenter examinata forma praedictae
Inquisitionis, et omnibus et singulis super dicta Inqui=
sitione auditis per Nos visis et maturè discussis, et
super ipsis habita deliberatione solemni, et com=
municato consilio iurisperitorum ne praefatorum
malignantium praesumptuosa temeritatis audacia
[illegible] dispendiosa pericula hic impunita relicta
in exempli perniciem transeant aliorum, absentibus
licet contumaciter dicto Henrico, et Ulrico praé=
fatis, quorum absentia de praesentia repleatur. Ipsi
nomine invocato de cuius vultu recta procedunt
iudicia pro tribunali sedentes Utini Aquilegen. dioece=
sis in domo nostrae habitationis et solita audientia,
in his scriptis dicimus, pronunciamus, et sententia=
liter declaramus ~~[illegible]~~ Henricum tamquam
sacrilegum excommunicatum, et excommunicationis
sententiam damnabiliter incurrisse, eundemque
privatum fore, et privamus advocatia quam habet
in praefata Ecclesia Aquilegen., et omnibus feudis, et
iuribus quae a dicta Ecclesia noscitur obtinere. De=
clarantes Terras seu Oppida dicti Henrici, videlicet
Goritie. Cormons. ~~[illegible]~~. Lambant. Muta.
[illegible] Schildenstayn. Eeydech. Stayn. Vallis
Guaydinberg. ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~
Tinervis. Porrusplatyane, et omnia alia loca, seu
Terras eiusdem Henrici Aquilegen. dioecesis. Ac
etiam praedictas Terram, et Universitatem Civi=
tatis Austriae cum toto ipsius Territorio seu dis=
trictu, interdictas, et interdicta fore, et esse. Ac
etiam sententiam interdicti propter excessus
praedictos damnabiliter incurrisse. c

[illegible] [illegible] Laur[illegible]

Lecta lata, et in scriptis pronunciata fuit sententia suprascripta per suprascriptum Reverend. Patrem Dnum Nicolaum Archiepiscopum, Vicarium, et Iudicem antedictum, sedentem pro tribunali Utini Aquilegen. diocesis in domo sue habitationis, et [illegible] dientie, absentibus contumaciter predictis [illegible] et Universitate predicte Terre Civitatis Austrie, sub Anno Nativitatis Domini Millesimo Trecentesimo Quadragesimo octavo, Indicione prima, die tertiodecimo mensis Decembris hora vespertina, presentibus ipsis vocatis et rogatis Venerabilibus Viris Dnis Guidone. Iohanne de Regio. Raymundo de Utino. Victore de Bellunio, et Magistro [illegible] Regio Canonicis Ecclesie Sancte Marie Maioris de Utino. Magistro Iohanne de Coppis de Bononia. Lippo Syni de Florencia habitantibus Utini et aliis. &c.

Ego Albertinus de Brinis de Ferraria habitator Terre Utini Aquilegen. diocesis Imperiali auctoritate notarius, et suprascripti Dni Archiepiscopi scriba, suprascripte sententie pronunciationi, et omnibus et singulis suprascriptis presens de mandato dicti Dni Archiepiscopi scripsi, et in hanc publicam formam signo meo consueto redegi. &c.

L. S.

nunc [illegible]

Coll. 1348. Sentenza del - - - - -

161

in Patriarchalaj) Ex Epistola chart. scripta
in Archivo Civitatis Austriæ.

Retro / Dilectis Fidelibus nostris - - - Gastaldioni Consilio et Communi Civitatis Austriæ.

Intus / Nicolaus Dei gratia Patriarcha Aquilegensis

Fideles carissimi. Dilectionem vestram requirimus, et hortamur, quatenus die Dominica proxima futura viginti quinque homines cum armis Faganeam ad Colloquium nostrum pro custodia nostra, et dicti Colloquii transmittatis ultra illos quos ad ipsum Colloquium mittere decrevistis. Datum in Castro nostro Utini XVI. Iunii Indictione IIII. 1351.

Ex alia chart.ª epistola
laceata et retroscriptum j.

Extra.) Civit. Austr. (nil aliud)

Intus.)

Nicolaus Dei gratia sancte sedis Aquilegen. Patriarcha, Dilectis fidelibus nostris -- Castaldioni, Consilio et Communi Civitatis Austrie salutem et omne bonum. Intendentes super arduis nostris et Ecclesiam Aquilegen., totamque Patriam Foriiulii urgentibus, [illegible] in Terra nostra Glemone die Dominico in crastinum Sanctorum Symonis et Jude habere Colloquium Generale, Vobis sub fidelitatis debito mandamus quatenus eidem Colloquio personaliter interesse curetis. Datum in Castro nostro Bellun. XVIIIJ. Octobris Indict. X. 1357.

[illegible] .34X

Ex Archivo Communitatis Civit.
Austriæ sequens est:

Foris./ Dilectis fidelibus nostris -- Provisoribus
Consilio et Communi nre Civit. Austr.

Intus. V

Nicolaus Dei gratia Patriarcha Aquilegen
Carissimi Fideles. Vestras litteras recepimus, ex quarum
tenore vestram bonam voluntatem, quam erga nos
geritis concepimus, et eam plurimum commendamus.
Et super contentis in eis faciatis quod vestre discre-
tioni videbitur expedire. Dat Aquilegie in nostro
Patriarchali Palatio die XXII. mensis Maii. In-
dictione Quarta. 1351.

Ex Archivo publ.co Civit. Austr.
inter Patriarchalis ut
alios dextros supraposito

Foris./ Dilecto nobis — Castaldioni nostre
Civitatis Austrie.

Intus

Nicolaus Dei gratia Patriarcha Aquilegen.

Henrice. sicut percepimus — Castaldio Ville Premaria=
=ch pro Capitulo Civitaten. captivavit unum de dicta
Villa eius demeritis exigentibus sicut apparitur. Qua=
re cum dilecti filii — Decanus et Capitulum nostre
Ecclesie Civitaten. plenum ius, usque ad sanguinis
effusionem habere dicantur. Mandamus tibi qua=
tenus observatis iuribus nostre Civitaten. Ecclesie
supradicte iustitiam facere non dimittas. Datum
Utini die XII. Iulii Indictione IIII. 1351.

In eodem supradto Archivo
inter Patriarchales.

Extra.

... ceo nobis -- Castaldioni nro Civitas Austr.
inay.)

N. dei grã Patriarcha Aquilegeñ.

Symonis

Cazete de Civitate Austria recepimus

de

Civitate pro debito dicti Symonis eius mariti

existentibus, que sibi

oblig sunt pro iuribus et dotibus suis noviter in

trom iuris debitum in eius

preiudicium et gravamen. Quare

ipsam seu quemcunque alium vel alios

officiales nostros minus debite aggravari. Manda-

mus tibi, quatenus seu confinium situm

in predicta domo ubi sunt ut asserit iura sua

et assignans eidem pro recipiendis huiusmo-

di iuribus suis diligenter ita

ista

esse ut asserit predicta Beatrix, ipsam super eius

ac manuteneas et defendas. Dat. in Castro

nostro V.. — — — — — — — — Indictione . iiij . 1351.

---

Ex ut in supraseripto.

Dorso.) Dilectis fidelibus nostris .. Gastaldioni Consilio et Communi Civit. Austr.

Intus.)

N. Patriarcha Aquilegen.

Fideles carissimi. Cum quidam Capitaneus Dni .. Ducis Austrie cum gentibus armigeris equestribus vadat ad ponendum exercitum in obsidionem Castri et Terre Portusnaonis: Tenore presentium vobis districte precipimus et mandamus, quatenus per vos seu alios neutri parti auxilium aliquod impendatis, nec predas seu derobationes aliquas per vos vel alios quoslibet faciatis, nec factas ab aliis receptetis, nec modo aliquo illas emere presumatis. Scientes quod contra nostros facientes in predictis vel aliquo predictorum procedemus et proce-

di

di faciamus sicut contra publicos depredatores stratarum.
Victualia vero conducere possitis et conduci permitti
ad vendendum in predicto exercitu prout vobis videbitur
expedire. Dat. in Castro nro Utini. XV. Iunii. Indictione. V. 1381

---

Intus. Dorsi nihil, nisi sigillum et verba = Civit. Austr. — In predicto Archo.

Nicolaus Dei gratia sancte sedis Aquilegen. Patriarcha.
Dilectis fidelibus nris — Capitaneo, Consilio et Communi Terre Civitatis Austrie salutem et gratiam nostram.
Cum in pleno fidelium nostrorum Consilio die Datus presentium in nostro Castro Utini celebrato pro defensione Ecclesie et Patrie nostrarum et securitate stratarum, ordinatum fuerit et provisum quod de talia militie nostre Forijulii sit apud Capitaneum, quem super hoc deputabimus, certa quantitas equitum armatorum de quibus vos contingunt, Elmi tres. Vobis presentium tenore precipimus et mandamus, quatenus usque ad diem dominicam octavo mensis Iunii proxime futuri,

dictos

Dictos tres Elmos; sub pena in dicto consilio unam

ordinata, ad nos Utinum transmittatis. Et nichilominus de residuo tangente taliter

disponatis; quod infra

habeatis pagatam quandocunque nos duxerimus

Die penultimo Maii. Indictione. VII. 1334.

---

Ex supradicto Archº. chartº.

Foris nichil - - - -

Nos Nicolaus Dei gratia sancte sedis Aquilegen Patriarcha notum fore volumus Universis quod ad subtrahendum et removendum omnem suspicionem, quamvis suspicio aliqua esse non debeat, a Nobilibus Castellanis, et Communitatibus Terrarum nostrarum Civitatis Austrie et Utini quibuscunque nostris Fidelibus, omnes et singulas personas eorundem Castellanorum et Nobilium ac Communitatum predictarum, Banitis duntaxat exceptis; ad nos ubicunque fuerimus, et ad Curiam nostram

tram pro negotiorum suorum expeditionibus, vel aliis cau=
sis venientes, cuiuscunque conditionis existant assidamus,
et assecuramus per Nos et nostros servitores et subditos
in personis et bonis veniendo, stando, et redeundo, et
ipsos sub nostra protectione et tutela suscipimus per
nostrum Dominium, et districtum. Notificantes eisdem
presentium per tenorem, quod neminem ipsorum com=
muniter, vel divisim offendemus, aut offendi per alios
faciemus, nisi primo eis per octo dies ante per nostras
patentes litteras, aut speciales nuncios duxerimus inti=
mandum. Datum in Castro nostro Elemone die VIII.
mensis Novembris. Anno Dominice Nativitatis
Millo. IIIc. quinquagesimoquinto. Indictione oc=
tava.

Ex antichario in expeditione

Dors:/

Dilectis nobis --- Sociis de nostra Civitate
Austria in Medina

Intus:/

Nicolaus Dei gratia Patriarcha Aquilegen.

Carissimi. Mandamus vobis ut Juliano Brugni Capitaneo nostro Glemone in hiis quae vobis dixerit pro nostra parte fidem plenariam adhibeatis. Et faciatis ea sicut de vestra fidelitate confidimus, et speramus. Datum Sacili die XXIIII Augusti Indictione Decima. 1457.

Ex chart.ª Pte cupira.

Foris./

Dilectis fidelibus nostris — Capitaneo Consilio et Communi nostre Civitatis Austrie

Intus./

Nicolaus Dei gratia Patriarcha Aquilegen.

Mandamus vobis sub obtentu gratie nostre quatenus ex quattuor probis et ydoneis fidelibus nostris de nostra Civitate Austria, de quibus vobis videbitur expedire ad nos Utinum transmittatis, ita quod omni occasione remota sint penes nos die Veneris proxime nunc ventura vel saltem die Sabbati bono mane.

Dat. in Castro nostro Utini die Martis penultimo Aprilis.

Inter Schedas DD. Guilielmi
et Nepotum filiorum Raymundi
Comitum de Puppij C.A. (chartaceq.

Millesimo tricentesimo quinquagesimo secundo Indi-
cione quinta die Lune primo Octobris. Convocato
et Congregato Consilio Consiliariorum Foriiulii
in presentia Reverendissimi in xpo Patris Dni
Dni Nicolai Patriarche Aquilegen. In quo qui-
dem Consilio interfuerunt Venerabil. in xpo Pater
Dns Frater Petrus Episcopus Concordien. ac Nobiles
et Discreti Viri Dni Frater Guido Abbas Mosacen.
Gambinus de Cremona Canonicus Aquilegen. Nico-
laus della Fratina, Franciscus de Sbroiavaccha,
Conradus Boianus Milites. Biachinus de Prata.
Henricus de Strasoldo, Henricus de Spilimbergo.
Maynardus de Villalta. Ricardus de Tercano.
Simon de Cuchanea. Franciscus de Colloreto Si-
mon de Pulcinicho. Guilelmus de Pers. Castronus
de Savorgnano. Nicolussius Arponus. Iacobus de
Glemona

Clemonte Jurisperitus, ac etiam Dns Cinus, Petrus de Luca, et Iohannes de Fisono. Prefatus Dns Patriarcha proposuit qualiter novissimis diebus nonnullæ Gentes attemptaverunt intrare Terram suam Albonæ furtivo modo, sed primitus nequiverunt suum propositum adimplere. Postea vero quædam Gentium quantitas furtive et proditorie intravit nocturno tempore dictam Terram volens eam eidem et Aquilegen Ecclesiæ subripere sed fideles sui intrinseci de Albona viriliter resistentes et gentes ipsas cum personarum damno et vituperio exjecerunt captis aliquibus, et iustitia de ipsis facta. Subsequenter Dns Herthandus de Veisnek Capitaneus Portusnaonis pro Dno. Duce Austriæ propria auctoritate et indebite spoliavit fideles ipsius Dni Patriarchæ de Prata eorum possessione cuiusdam Villæ, et ipsam magna armentorum quantitate derobavit, multaque alia inferre minatur in dampnum et præiudicium Aquilegen Ecclesiæ, et eius fidelium subditorum, quæ tantummodo credit

idem

idem Dns Patriarcha procedere de voluntate Dni Ducis prefati pro quibus quidem violentiis et offensis nichil contra ipsarum auctores novi attemptare umquam valuit propter mandatum sibi factum ex parte Dni nostri Romani Regis continens quod ipse Dns Patriarcha sibi quantum poterat precaveret, ne aliquid innovaret, propter quod guerre seu commotio posset in hac patria suscitare. Petiit autem ipse Dns Patriarcha sibi per dictos consiliarios consuli quid agendum foret in premissis pro conservatione honoris sui et boni status Patrie et fidelium suorum. Dicti vero consiliarii premissis omnibus et singulis auditis, et super ipsis deliberatione habita diligentia consuluerunt eidem Dno Patriarche quod guerram et discordiam deberet evitare, et ut melius fieri potest, requirat Dnum de Lecemberg missum per prefatum Dnum Regem ad partes istas et qui eiusdem Dni Regis personam representat, quod ipse se interponat de tractare concordiam super premissis, et si concordia fieri

possit

possit cum onere dicti Dni Patriarche bene quidē.
Sin autem ordinat dictus Dns Patriarcha quod om-
nes sui subditi statim parati sint cum equis, et armis
ad defendendum et resistendum ne Aquilegiensis
Ecclesiam et ipsius fideles ne indebite opprimantur
et ad hec prosequenda opitulerione totaliter possi-
bilium, et quia ... facta fuit antiqua imposi-
tio talie militie Dominicelli quamplures ex fidelibus
Aquilegiensis Ecclesie depauperati essent propter quod
non poterant servire cum dicta talia, et aliqui erant
ditiores quibus tantum non extiterat imposita maior
militie talia, consuluerunt quod examinetur imposi-
tio ipsa et quod addiberetur ditioribus et diminuatur
de pauperibus prout equitas suadebit. Et sic statim ele-
gerunt ad examinationem et ordinationem ac reforma-
tionem dicte talie augende et diminuende quibus in-
debitum faciendam Dnos Abbatem Mosacen, Nicolaum
della Frattina, Henricum de Strassoldo, Ricardum de Tar-
centu, Franciscum de Coloreto, Benvenutum de Hago-
nia Civem Aquilegensis, Capranum de Savorgnano

Nicolusium

Nicolussium de Pont de Civitate, et Magistrum Iacobum de Clemona predictos, quibus potestatem, traditione addendi et diminuendi omnibus et singulis fidelibus Aquilegien Ecclesie de dicta talia militie et convenientius videbitur expedire. Post meridiem vero die predicta predicti novem electi una cum Iohanne de Sipono ad hoc deputato et missio per prefatum Dnū Patriarcham convenientes in unum in domo Fratrum Predicatorum de Utino, habita deliberatione diligenti ac respectu habito ad facultates omnium et singulorum qui servire debent cum talia militie reformaverunt dictam taliam in hunc modum videlicet imprimis quod Dnus Patriarcha predictus habeat suam taliam militie consuetam scilicet ... XL. elmos et decem balistrar. Item Dnus Episcopus Concordien. qui antea serviebat cum octo elmis, et duobus balistrar, et dereters serviat Ecclesie Aquilegensi cum decem elmis, et duobus balistrar. Item Capitulum Aquilegen cum decem elmis, et duobus balistrar. et duobus balistrar. iuxta impositionem antiquam.

Item

Item Abbas Belanien. cum elmis. II. iuxta impositio=
nem antiquam. Item Prepositus sancti Stephani
Aquilegen elmos. III. et Balistrar. I. iuxta im=
positionem antiquam. Item Monasterium maius
Aquilegen. cum elmis. II. et Balistrar. II. iux=
ta impositionem antiquam. Item Abbas Monas=
terii Rosacensis qui antea serviebat cum tribus
elmis, et Balistr: j. de cetero serviat cum elmis
III. et Balistr: II. Item Abbas Monasterii Mo=
sacensis qui antea serviebat cum elmis. III. et
Balistrar. I. de cetero serviat cum elmis. III. et
Balistrar. II. Item Abbas Sextensis qui antea
serviebat cum elmis. IIII. et Balistrar. I. De ce=
tero serviat cum elmis. IIII. et Balistr. II. Item
Capitulum Civitaten. cum elmis. X. et Balistrar.
II. iuxta impositionem antiquam. Item Monaste=
rium Maius Civitaten. cum elmis. J. et Balistr.
I. iuxta impositionem antiquam. Item Prepo=
situs Sancti Odorici super Tulmentum cum elmis
III. iuxta impositionem antiquam. Item Prepo=
situs

sitis Carnea cum elmis . j. iuxta impositionem antiquam. Item Domini de Prata cum elmis . XVI. et balistrariis . V. iuxta impositionem antiquam. Item Domini de Curaleis cum elmis . XVI . et balistrariis . V. iuxta impositionem antiquam. Item Domini de Puleinicho cum elmis . VIII. et balistrariis . IIII. iuxta impositionem antiquam. Item habitatores de Haviano cum elmis . II. et balistrariis . j. iuxta impositionem antiquam. Item illi de Monteregali cum elmo . j. et una balistr. quia eis fuit diminutus unus elmus propter statum eorum deterioratum. Item illi de Maniacho cum elmis . iij. et balistr. iij. quia unus eis additus fuit balistarii propter eorum statum augmentatum et melioratum in bonis suis. Item illi de Pinzano sed qui tenent castrum ipsum cum elmis . ij. iuxta impositionem antiquam. Item illi de Toppo cum elmo . j. et balist. j. iuxta impositionem antiquam. Item illi de Spinginbergo et Zuchula cum elmis . XIIII. et balist. IIII. quia una eis

additur

additi duo elmi et duo balistr. propter eorum statu in divitijs et potentia augmentatum. Item Habitatores de sancto Vito cum duobus elmis et uno balistrar iuxta impositionem antiquam. Item illi de Sbrogliavaccha cum elmis. ij. et balistr. j. iuxta impositionem antiquam. Item illi de Salvarolo cum uno elmo, et balistr. j. iuxta impositionem antiquam. Item illi de Laurenzaga cum elmis. ij. iuxta impositionem antiquam. Item habitatores Medunae cum elmis. ij. quia eis est diminutus unus elmus propter statum ipsius Terrae deterioratum. Item illi de Azano cum una balistra. quia de uno elmo sunt reducti unum balistr. propter eorum statum deterioratum. Item illi de Zuccario cum elm. j. iuxta impositionem antiquam. Item illi de Fratina cum elmo. j. Item Dns. Nicolaus de la Fratina cum uno elmo et uno balistr. quia status eius est melioratus et augmentatus in bonis. Item illi de Flagonea seu qui tenent Castrum ipsum cum uno elmo

elmo iuxta impositionem antiquam. Item illi de Villalba et Cauriaco cum elmis. x. et balistr. ii. quia sunt eis diminuti duo elmi, et duo balistr. propter eorum statum deterioratum. Item habitatores de Faganea cum elmis. iiii. et balistr. i. Item ultra eos Mainardus de Faganea cum elmis. j. et. Vidulus de Buja habitator Faganee cum uno balistr. Item illi de Terzano et Murucio cum elmis. xii. et Balistr. iiii. iuxta impositionem antiquam. Item illi de Castilerio cum elmis. j. et balistr. j. quia sunt eis diminuti unus elmus. et unus balistr. propter eorum statum deterioratum. Item illi de Brazacho superiori et inferiori cum elmo. j. et balistr. j. iuxta impositionem antiquam. Item illi de Fontabono cum elmo. j. et balistr. j. quia sunt eis diminuti duo elmi propter eorum statum deterioratum. Item illi de Colloreto cum elmis. xii. et balistr. iiii. Item illi de Mels cum elmis. ij. et balistr. ij. Item illi de Pers cum elmis. ij. et balistr. ij. Item illi de Susano

cum elmis

cum elmis. j. Item illi habitatores de Sancto Danie-
le cum elmis. iiii. et balistr. ii. Item Conradellus
de dicto loco cum elm. j. et filii q.dam Dni Barchin
de ipso loco cum elmis. ii. quia ipsorum status est
augmentatus et ditatus. Item illi de Ragonea cum
elmis. ij. et balistr. ii. iuxta impositionem anti-
quam. Item illi de Prampergo cum elmis. vi. et
balistr. iii. quia sunt eis diminuti tres elmi prop-
ter eorum statum deterioratum. Item illi de
Cassacco seu qui tenent locum et bona eorum cum
elmis. j. iuxta impositionem antiquam. Item ha-
bitatores de Artenea cum balistr. j. iuxta imposi-
tionem antiquam. Item Osoppum cum elmo. j.
et balistr. j. Item illi de Carvaco cum balistr.
j. quia de uno elmo reducti sunt ad unum ba-
listrarium propter eorum statum deterioratum.
Item illi de Vendoy cum elmo. j. balistr. iuxta
impositionem antiquam. Item Habitatores de Buja
cum elmo. j. et balistr. j. iuxta impositionem an-
tiquam. Item habitatores de Avons cum elmis. ij.
et balistr.

et balistr. j. iuxta impositionem antiquam. Item Ra-
bitatores de Tricesimo cum elm. j. Item illi de Cu-
chanea Bertistayn et Valvason cum elmis XVI. et
balistr. IIII. iuxta impositionem antiquam. Sor-
flumberch Item illi de Strasoldo cum elmis X.
et balistr. IIII. iuxta impositionem antiquam.
Item illi de Marzano cum elmis quattuor. et
balistr. j. iuxta impositionem antiquam. Item
Dns Iacobus dictus Marcellus de Luca pro Castro
de Invilino cum elmis II. Item illi de Budrio
cum elmis j. iuxta impositionem antiquam.
Item illi de Varmo cum elmis II. et balistr. j.
quia est eis diminutus unus elmus propter Sta-
tum eorum deterioratum. Item Dietalmus de
Varmo inferiori cum elmis j. iuxta impositio-
nem antiquam. Item illi de .. aco cum balistr. j.
iuxta impositionem antiquam. Item illi de Cu-
neu cum elmo j. et balistr. j. iuxta impositionem
antiquam. Item Commune Civitatis Aquilegie
cum elmis IIII. et balistr. IIII. quia sunt sibi dimi-

nuti

nuti IIII elmi propter ipsorum statum deterioratu.
Item Commune Civitatis Austrie cum elmis XVIII.
et balistr. VI. quia sunt eis diminuti elmi VIII.
et balistr. II. videlicet intrinsecos et extrinsecos
propter statum dicte Terre deterioratum. Item
Commune Glemone cum elmis XII. et balistr.
IIII. iuxta impositionem antiquam. Item Com-
mune Utini et illi de Savorgnano cum elmis
XLV. et balistr. XXV. quia sunt eis additi V.
elmi et XV. balistr. propter eorum statum
augmentatum et melioratum. Item Habitato-
res de Montefalcone cum elmis III. iuxta im-
positionem antiquam. Item Habitatores de Tulma-
cio cum elmis II. et balistr. I. quia est eis additus
unus balistr. propter eorum statum augmenta-
tum. Item Commune Sacili cum elmis IIII.
quia sunt sibi additi duo elmi. Item Habitato-
res Caniçe cum elmis duobus iuxta impositionem
antiquam. Item illi de Sacilo Gorto et Luentz
cum elmis II. Item illi de Cos cum elmis II.

iuxta

iuxta impositionem antiquam. Item Habitatores de Mossa cum elmis. j. iuxta impositionem antiquam. Item Habitatores de Wipaco cum elmis. III. iuxta impositionem antiquam. Item Domini de Petrapilosa cum elmis. III. et balistr. j. iuxta impositionem antiquam. Item Dni de Palla cum elmis. VI. et balistr. j. iuxta impositionem antiquam.

Nihil ulterius in fol.

---

Ex libro corio semialbo, vel pelle hadina cooperto a Nob. Dno Fabio Co: Asquino servato Utini in fol: pag: 65 at°

Nos Nicolaus Dei Gratia Sanctae Sedis Aquilegen Patriarcha. Notum fore volumus universis, quod ingentis devotionis affectum, quem

ad nos

ad nos, et nostram Ecclesiam Aquilegen. gerit dilec=
tus in Xpo. Frat. Michael Abbas Monasterii
Sexten. nec non grata fidelitatis obsequia no=
bis et dicte Ecclesie Nostre per eum impensa,
et que impendit quotidie attendentes, dignum
arbitramur et iustum ut ipsum, ac dictum eius
Monasterium prosequamur favoribus gratiosis.
Eius itaque supplicationibus inclinati Incolis
et Habitatoribus Ville Sancti Viti prope Faga=
neam, in qua dictum Monasterium noscitur habere
garritum pascuandi et utendi cum eorum bestiis,
et animalibus in pascuis de Fagannea, et aliis cir=
cumstantibus eidem Ville perpetuo, sine alicuius
contradictione, vel impedimento quocumque prout
illi de Fagannea, et alii circumstantes pascuant
et utuntur in eis, de speciali gratia liberam de=
novo presentium nostro et Successorum nostrorum
et Aquilegen. Ecclesie nomine concedimus facul=
tatem. Mandantes Gastaldioni Nro Fagannee,
ac ceteris Officialibus, et Subditis Nostris preci=

piendo

piendo districte quatenus massarios, et incolas uni-
versos dicte Ville Sancti Viti super gratia et concessio-
ne nostra huiusmodi nullatenus impediant vel mo-
lestent, sed ipsos illa permittant frui, et gaudere
pacifice nostre gratie sub obtentu. In cuius rei
testimonium presentes fieri iussimus Nostri si-
gilli appensione munitas.

Dat. Aquilegie in Nostro Patriarchali Palatio
die XXIII mensis Ianuarii Anno Dominice
Nativitatis Millo ~~tricentesimo~~ ~~quinquagesimo~~ sexto. (quinquagesimo)
Indictione Xona.

Et Ego Simon filius quondam prudentis viri q.
Ioannis Notarii de Loviana publ. Imperiali aucto-
ritate Notarius ex commissione michi facta per
Magnificum et Generosum Dnum Nicolaum Marcello
pro Inclyta Celsitudine Venetiarum tunc Patrie Fo-
ri Iulii Locumtenentem dignissimum prout inve-
ni in notis et scripturis autenticis olim q. Ruber-
tini Notarii de Novate Rmi Dni Nicolai

Patriarche

Patriarche Cancellarii inveni nichil penitus addens vel minuens quod sensum mutet, aut variet intellectum fideliter suprascriptam concessionem scripsi et publicavi signo nomineque meis appositis consuetis in fidem omnium premissorum.

Ex supramemorato Libro etc.

pag: 130. ~~[illegible]~~

Anno Dominice Nativitatis M. C. C. C. L II. Indictione quinta, die vigesima quarta Aprilis. Actum in Castro Utini in hospitio ~~[illegible]~~ habitationis Dni Iacobi Marchionis infrascripti. Presentibus discretis Viris Friderico qdm S. Henrici de Faganea, Nicolao qdm Valentini de Utino; et magro Ioanne aurifice de Bononia Utini commorante, testibus. Coram Nob. Viro Dno Iacobo Marcello de Luca Marchione Istrie, ac magro Curie

Rectori

Revrni in Xpo Patris, et Dñi Dñi Nicolai Dei gratia Sanctę Sedis Aquilegeñ Patriarchę commissi-onem ad infrascripta ab eodem Dño Patriarcha habente prout huiusmodi commissionis constat publi-co instrumento scripto Anno, Indictione, et die pre-dictis manu Pauli qdm Magri Iohannis de Mutina Imperiali auctoritate Notarii a me infrascripto No-tario viso et lecto.

Constitutus Phinossius qdm ser Odorici de Fagarea humiliter supplicavit eidem Dño Iacobo, ut ipsum de pheudis suis investire benignius dignaretur. Dictus vero Dns Iacobus recepto ab eo fidelitatis iu-ramento, quod Vassallus Domino suo in talibus prestare consueverit, eius supplicationibus inclinatus credens et sperans, quod fidelis et legalis erit predicto Dño Patriarchę et Aquilegeñ Ecclesię nomine ipsius Dñi Patriarchę vigore commissio-nis antedicte eundem Phinossium pro se et suis heredibus recipientem de pheudis suis antiquis, iustis, et legalibus in iure quo sui Progenitores, et ipse

illa

illa antiquitus habuerunt et tenuerunt ab Ecclesia Aquilegen manu propria investivit, salvo iure Aquilegen Ecclesie et omnium personarum. Mandans ei sub debito prestiti iuramenti, quod usque ad unum mensem proxime futurum predicto Dno Patriarche tradat in scriptis omnia sua pheuda supradicta.

Suprascriptam investituram ex Notis quondam Eubertini de Novate mediolanensis Cancellarii tempore Nicolai Patriarche Martinus Marula Doctor atque publicus Imperiali auctoritate Notarius ex Libro magno cooperto corio nigro meis signo, ac nomine consuetis appositis fideliter exemplavi in quorum fidem &c.

Ex supralaudato Libro pag: 122. t°.

In Christi nomine Amen. Anno Millo tricentesimo quinquagesimo secundo. Indictione quinta die Secunda [?] primo Octobris. Convocato et congregato Consilio consiliariorum Foriiulii in presentia Revmi in Xpo Patris et Dni. Dni. Nicolai Patriarche Aquilegen. in quo quidem Consilio interfuerunt Venerabilis in Xpo Pater Dns Fr Petrus Episcopus Concordien. Venetus ac Vener: ac discreti Viri Dni Frater Guido Abbas Mosacensis. Zambinus de Cremona Can.cus Aquilegen, Nicolaus de la Frattina, Franciscus de la Sivojavana Conradus Bojanus Milites Bisquinus, Henricus de Strasoldo, Henricus de Spilimbergo, Magnardus de Villalta, Riccardus de Tercano, Simon de Cucanea, Franciscus de Colloredo, Diethalmus de Persio, Castronus de Savorgnano, Nicolussius Arzonus Iacobus de Glemona iurisperitus, Guielmus de Bicoprius [?] de Aquilegia, ac etiam Dns Cinus Pebrus de Lucca et Iohannes de Sisono. Prefatus Patriarcha proposuit

qualiter

qualitèr novissimis diébus nonnullæ Gentes attemptaverunt intrare Terram suam Albonam furtivo modo, sed penitus nequiverunt

Vid: pag: huius

---

Ex foliolo in Arch.° Civitatis Foroiulii in quo Epistola ut inde &

Foris.)

Dilecto nobis --- Castaldioni Nro Civit. Austriæ

Intus.) N. Patha Aquilegeñ.

Mandamus Tibi quatenus statim facias ex parte nostra in Civitate Austria publice proclamari quod omnes sint parati armis et equis tam equites quam pedites, ut cum eos duxerimus requirendos Aquilegeñ Ecclesiæ Insignia sequi valeant indilate. Dat in Castro nostro Utini xii. Junii. Indict. V.ª 1352.

sub N. lege Nicolaus)
Indictio quinta signat annũ M. CCC. L II.

Ex alio foliolo ut retro scripsi.

Foris. - - - - libus nris - - Castaldioni Cons.

- - - - - tij Austr.

Intus.)

Nicolaus Aquilegen. Patria.

- - - - - - - - - - pro utilitate tocius

Patrie, per nos - - - - - - - - utentes

tes bucia Utinensi in venditione vini terrani

- - - - - - debeant de cetero de vino novo

venturo tantum pro quoque parvulis et non ultra.

utentes non bucia Aquilegen. vel Civitaten. vel

Glamone dare et vendere debeant buciam dicti vini

tantum pro parvulis quattuor, et non ultra.

Mandamus vobis. quatenus in Terra nostra ~~[illegible]~~

Civitatis hoc statim proclamari alta voce preco-

nia faciatis. Iniungentes penam contrafacientes pro

qualibet vice, de Marcha una Aquilegen. mon. Dat.

in Castro nro Utini. die XIIII. Septembris. Indict. V. 1352.

Ex quadranti folioto ut hic supra

Foris.)

Dilectis Fidelibus nris --- Capitan. Consilio
et Communi Civit. Austẽ.

Intus.) ---

N. Patha Aquilegen.

Fideles carissimi. Significamus vobis, quod die, qua divina gratia disponente adepti sumus Dominium et corporalem possessionem Civitatum Feltri et Belluni, ac Castrorum omnium tam Civitatum ipsorum quam Comitatuum et districtuũ earumdem, ac Cives et Incole nobis fidelitatis et obedientie iuramentum corporaliter prestiterunt, nova recepimus quod per nonnullos in Civitate nostra Austria facte fuerunt alique novitates, capiendo videlicet Petrum de Luca Vicarium nostrum, de quo si ita est, quamplurimum admiramur, considerantes devotionem quam ad nos continue habuistis. Quapropter

vicarius

si captus est ibidem ut prefertur. Vos tenore presentium per fidelitatis debitum et iuramentum quo estis nobis astricti requirimus et monemus vobisque sub obtentu nostre gratie precipimus et mandamus, quatenus eundem Petrum, Venerabili Fratri A. Episcopo Tergestino Vicario nostro statim faciatis in Utino assignari. Quia si in aliquibus contra vos, seu aliquos vicinos vestros excessit, cum breviter esse proponamus in partibus illis, eum taliter mediante iustitia puniemus, quod eius correctio debita cedet aliis in exemplum; Disponentes vos in vestris iuribus favorabiliter conservare, nec ultra debitum gravare, seu permittere vos gravari. De Terra autem nostra Civitatis Austrie talem adhibeatis custodiam ad honorem et bonum statum Aquilegensis Ecclesie prout de vobis speramus, quod de fidelitate perfecta semper valeatis merito commendari. Datum Tolbi. XVIIII. Augusti. Indictione VIII. 1355.

---

sub. A. leg: Anconius, qui Niger vocatus est.
Indictio VIII. resp. Ann. M.CCC. L[illegible]V.

Ex foliolo ut hic cop.

Foris.)

Dilectis Fidelibus nris... Castaldioni et Consilio Nre Civitatis Austrie.

Intus.)

Nicolaus Dei Gratia Patriarcha Aquilegen.

Carissimi Filii et Fideles. Certa mandamus vobis exponi per Venerabilem Patrem Episcopum Caprulanum Vicarium Nostrum in Pontificalibus, Cui vestra fidelitas tamquam Nobis adhibeat credulitatem. Datum in Terra nostra Madrune die. VIII. mensis Junii. Indicne X. 1357.

Episcopus Caprulanus Theobaldus erat adhuc in An. M.CCC. LXVIII. Indictio X. Anno M.CCC. L[illegible]VII. respondet.

Ex folio medio reposito ut hic scrip.

Foris.) nihil.)

Intus.)

Vivianus Canonicus Utinensis Reverendissimi in Xpo Patris et Dni Dni Nicolai Dei gratia Sancte Sedis Aquilegen Patriarche in spiritualibus Vicarius generalis Providis Viris Francisco Cuzola Castaldioni et - - - Provisoribus Communis Civitatis. sinceram salutem in Dno. Ad Audientiam nostram nuper querimoniose ~~venit~~ noveritis pervenisse, quod vos Manfredum Clericum natum Magri Salvini de Cathaneis de Sanspina vestris carceribus mancipastis, ipsumque relaxare negligitis in Iurisdictionis Dni nri Patriarche derogamen, ac totius Cleri non modicum detrimentum, non advertentes quod ipso facto excommunicationis sententiam incurristis rigore Constitutionum Syn - - - pridie in Aquilegen Civitate conditarum. Quocirca non valentes postulatam iustitiam denegare, et animadvertere quod Clericorum punitio

ad communitatem

et carceratio ad Nos spectare et pertinere dignoscatur,
et nequaquam ad vos, cum nullam Iurisdictionem
habetis contra eos quomodolibet procedendi; vos
tenore presentium perentorie monemus et requi=
rimus, vobis sub pena in dictis Synodalibus Con=
stitutionibus contenta precipiendo mandantes,
quam penam ~~[illegible]~~ ut prefertur, iam vi=
demini incurrisse, quatenus dictum Manfredum
Clericum nostrum ad nos sub fideli custodia illico
transmittatis, cum intendamus ipsum si deliqua=
rit punire iustitia mediante. Alioquin sciatis
vos proculdubio ad dictas penas contentas in
ipsis Synodalibus Constitutionibus contra vos pro=
cessuros iuxta ipsarum Constitutionum continen=
tiam et tenorem. Has autem litteras nostri si=
gilli Vicariatus impressione munitas, ad caute=
lam fecimus registrari. De quarum presentatione
relatione - - ~~litteris~~ latoris earum nostri iurati
nuncii dabimus plenam fidem. Dat. Urbini die pe=
nult.° Augusti. Indict. X. Anno Dnice Nat. M.CCC.LVII.

Ex foliolo servato ut supradi.

Foris. [illegible] nobili viro

[illegible] cisco de Savorgnano commoranti in

Civitate Austria.

Intus./

Nicolaus Dei gratia sanctae Sedis Aquilegensis Patri=
archa — Dilecto nobis Francisco de Savorgnano
commoranti in Civitate Austria Consiliario no=
stro, salutem et omne bonum. Volentes super
aliquibus negotiis statum Nostrae Aquilegensis
Ecclesie ac Patriae Foriiulii tangentibus die
mercurii proxime futura in Utino nostrum
habere consilium. Mandamus tibi, quate=
nus eidem Consilio penitus interesse procures.
Dat in Castro Nostro Utini. XXIII. Novem=
bris. Inditione X.a 1357.

Inditio X. Anno M.CCC. LVII. respondet.

Ex hoedina servata apud Nobb.

DD. Co: Jo: Baptam et Fratres

de Formentinis Cives Civitatis Forijulij

Karolus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus et Boemie Rex. Nostre excellentie regalis clementia votis fidelium suorum liberalitatis aures clementer accomodat, cum commodis profectibus honoris nostri et Sacri Imperii exaltationi inherentes utilitatum et virtutum augmentationis desideriis aspirare noscuntur. Noscat igitur fidelium nostrorum et dicti Imperii universitas quod Venerabilis Nicolaus Patriarcha Aquilegensis Princeps et Frater noster carissimus nostram maiestatem humiliter exoravit, quatenus ad delectationem et subditorum suorum profectum necnon ad communem utilitatem scientie cupientium studiis inherere in ipsius Patriarche et Ecclesie Aquilegensis dominio specialiter in sua Civitate Austria, que ut nobis constat ac fidedignorum com

probatur

probatur testimonio omni victualium fertilitate
exuberat, et aëris amenitate lætatur ad studium
quoque dedita, concedere dignetur nostra subli=
mitas tam in artibus quam in utroque iure ad
omnibus gratiis privilegiis et immunitatibus a Divæ
memoriæ Imperatoribus et Regibus Romanis Præ=
decessoribus indultis Doctoribus et Scolaribus
hactenus studium generale. Cuius supplicationi=
bus inclinati, et maturam deliberatione advertan=
tes quod præfatæ Ecclesiæ Dominium limites Ala=
maniæ, Ungariæ, Sclavoniæ, atque Italiæ conspicit,
quodque ad Dominium Patriarchæ prædicti Sco=
lares facilius et securius ac minori expensarum
profluvio, quam ad partes ulteriores Lombar=
diæ possunt accedere, ad preces ipsius Pa=
triarchæ Principis et Fratris nostri instantiam
studium generale et universitatem auctoritate Re=
gia Romana in dicta Civitate Austriæ insigni
et fertili concedimus, atque annuimus de regia cle=
mentia et gratia speciali. Volentes et regia sta=

tuentes

tuentes edicto, ut omnes Doctores, Rectores et Scola-
res ibidem studia degentes huiusmodi omni securi-
tate, omnibusque libertatibus, privilegiis, immu-
nitatibus, gratiis et favoribus aliis talibus ex Im-
periali seu Regali concessis munificentia gau-
deant et libere potiantur. Quodque doctorem vo-
lentes ad id se facultate offerente sub ipso Pa-
triarcha vel eius Successoribus quos volumus hu-
iusmodi honore et prerogativa potiri cum solem-
nitatibus debitis et consuetis in talibus honorare
suscipiendi Doctoratus. Presentium sub testimo-
nio litterarum, quas ad perpetuam rei memori-
am nostre maiestatis sigillo iussimus communi-
ri. Datum Prage Anno Domini Millesimo Tri-
centesimo Quinquagesimo tertio, Kalend. Augusti,
Indictione sexta, Anno Regnorum nostrorum Ro-
manorum octavo, Boemie vero septimo.

Ex pagina modica inter notas

Eustachii [illegible] notarii Civitatis ex

registratis in [illegible] Archivio

Civitatis predicte

Tergo [illegible]

Civitatis Austrie [illegible]

[illegible]

Intus [illegible]

Nicolaus Dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarcha dilectis fidelibus nostris Castaldioni Consilio et Comuni Civitatis Austrie salutem et gratiam nostram. Tenore presentium vobis precipimus et mandamus quatenus die Dominica proxime futura sitis apud nos Utini cum tota militia vobis insignita omni occasione remota. Et hoc sub pena in generali colloquio ordinata. Datum in Castro nostro Utini . XXj . Novembris . Indict. VI.ª 1353.

Ex folio servato in Arch:
Civitatis Forijulii inter Patriarchales
foris signato, ut infra:

Providis et discretis viris Johanni
Castaldioni, Provisoribus Consilio
et Communi Civitatis Austriae Amicis dilectis.

Amici dilecti. Receptis litteris vestris inter alia continentibus quod Morium et Nicolaum Scarpam coram nobis litigantes occasione cuiusdam reduct=ionis ad arbitrium boni viri ad iudicium vestrum remitteremus; breviter respondemus, quod consti=tutis in iudicio coram nobis dicto Morio ex una parte et Cazeta notario procuratore dicti Nicolai Scarpe ex altera, pro parte dicti Nicolai fuit pro=positum, quod idem Morius et Nicolaus in nos consenserunt tamquam in iudicem competentem, quam propositionem dictus Morius negavit, qua negata statuimus terminum ad probandum

dicto

dicto Nicolusio ea que proposuerat coram nobis usque ad diem lune proxime nunc futurum ti reparietur quod ambe partes consenserint ad iudicium vestrum invita altera parte ipsarum non possumus de iure remittere. Quapropter rogamus vos quatenus super hoc provideatis cum parati simus cum honore vestro vobis in omnibus quatenum possumus complacere. Datum Utini die XIIII. Maii. Indictione XI. 1358.

Benevenutus de Utino Decretorum Doctor Domini nostri Patriarche Aquilegensis Vicarius Generalis.

Indict. XI. defert hic annus MCCCLXIII. tempore D. Nicolai Patriarche cujus fuerat Vic. Generalis iste Benevenutus.

ep. D. Dñcis de Sragolde in Jamnich

# Ludovici Pathae.

M. III.^c LX V. Indict. III.

Die XVII. Maij. Celebratum fuit consilium gnale Colloquii per Reverendissimum in xpo Patrem et Dnum Dnum Ludovicum Dei gra Sce Sedis Aqle genem Patham in Civitate Austr. in Patriarchali Palatio. In quo quidem colloquio interfuerunt Venli Viri Dni Guido Abbas Mosacen. et Lothus de Corrate Canonicus Aquilegen. Nobiles viri Dni Franciscus miles de Savorgnano. Symon miles de Walvesson. Odoricus miles de Cucan. Symon de Cucan. Henricus de Pertistayn. Meynardus de Villalta. Franciscinus de Arcampeh. Petroldus et Guarnerius de Manzan. Suyadus de Sco Daniele. Franciscus de Faganea. Manfredinus de la Turre. Stephanus Virgilii. Philippus de Portis, et Iacobus dictus Puppus de Civit. Austr. ac Nicolussius Orbici de Utino.

Propositum fuit super facto Dni Ducis Alberti, de adventu ad partes istas, deliberatum fuit quod dampna et derobationes ubicunque fiant contra inimicos et quod pars militie remaneat in Walvesson, et quod Sco Daniele, et alia pars in Walvesson, et quod hiis inceptis, ad Dominum Padue pro gentibus transmittatur.

Ita usq

It sup facto illius de la Idram. pro Terzastin solennes Ambasciatores mittantur de ut(ilibus).

It sup facto inobedientie Dñi Lotte. Pignor. et qd unus Bonus ex(em)plus ho. p(er) Capitan(eum) tenat.

It sup fto inimicorum continue per Patriam discurrentium.

ceterra desiderantur.

app. Civitat. C. A. in Archivo ...

# Ludovici della Turre.

Nos Ludovicus Dei gratia sancte sedis Aquilegen. Patri=
archa notum fore volumus universis et ad perpetuam
rei memoriam declaramus quod cum ex regiminis
cura nobis imposita ad profectum et commodum
omnium nostrorum et Ecclesie nostre subditorum cum
omni sollicitudine mandamus ad illos tamen
precipue          quorum est approbata fidelitas,
et ad exaltationem honoris et status ac conser=
vationem iurium nostrorum antedicte Ecclesie, se
exhibent et exhibuerunt pro tempore sollicitos
et attentos. Volentes igitur dilectis fidelibus nostris
... Castaldioni ... Provisoribus Consilio et Com.
nostro atque incolis et universitati nostre Civit.
Austrie impertiri gratias per quas utilitates et
comodum sortiantur stratas nostras et nostre Ecclesie
a locis Buchinis Osline et Plezii et per illa loca
et canalia directa usque ad dictam nostram Civitatem Austr.
- - - - - - - - - omnibus et singulis mer=
catoribus - - - - - - - - - - - - Ducentibus
mercationes suas versus dictam Civitatem Austrie, et
ad ipsam Civitatem sicut mercatores predicti ...
districtu et dominio et libentius veniant quo securi=
tatem personarum et rerum gaudeant et fruantur. Nos
omnes et singulos mercatores per dicta loca venientes
et ducentes eorum bona et mercationes directa via
ad nostram Civitatem predictam affidamus et assecuramus
in personis et rebus per nos et nostros ac dicte Ecclesie
fideles servitores et subditos veniendo standa et

redeundo

redeundo etiam per nostrum dominium, eius districtum et ipsos in nostra protectionem suscepimus et tutelam. Volentes tamen quod eosdem mercatores de ipsorum mercationibus absque quovis aliquo gravamine vel molestia mutam datia seu pedaggia consueta et debita persolvantur. Harum nostri appensione sigilli testimonio litterarum. Dat. in predicta nostra Castrali Civitatis Austria die undecimo mensis Februarii Anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto Indictione secunda :—

L. S. R. Med. f.

Circumd. + SIGILLUM LUDOVICI PATRIARCHE AQUILEGENSIS. intus cum Aquila erecta alis expansis.

---

# Ludovici de Laturre Patriarche Aquilejen.

Ex libro apud D. Carolu Fabritium Utinen. pag. 208. inscripto: „ M-S. Monumenta Historica „ Tomus. IV.

1359. Vid. pag. 42. in hoc

Fratres carissimi et Amici. Satore zizanie hoste humani generis, et bonorum cunctorum emulo procurante negotium expeditionis felicis supplicationis per vos et alios peculiares filios Aquilegensis Ecclesie de Nobis facte ad Aquilegenses Patriarcharum ex eo specialiter extitit retardatum, quoniam Dns Benevenutus de Utino non sicut debuit, set sicut ei placuit nequissimus quo imbutus spiritu, aut quo zelo fingens se Ambasiatorem generaliter omnium de Patria Aquilegensis Ecclesie sub dictorum pretextu quarumdem litterarum vestrarum partim continentium fidem credulam sibi dari Dno nostro Pape singulisque Dominis Cardinalibus

Cardinalibus directarum et presentatarum per
ipsum petiit et cum importuna instantia supplica=
vit ac supplicat instanter, quatenus dicte Ecclesie
Aquilegensi provideatur de bono Pastore de ipsis
partibus, videlicet de partibus unde bone memorie
Dns Bertrandus Patriarcha extitit oriundus, et
sic per consequens Nos excludi procuravit etiam
et procurat directe et indirecte, publice et oc=
culte a provisione Ecclesie memorate prout
per alias nostras litteras significavimus non est
diu. Adhuc etiam idem Dns Bonaventura
premissis nequiorem contrarias, malaque malis
accumulans, timore Dei, qui est ipsa veritas pe=
nitus retroiecto per se et alios non veretur Nobis
et illis de genere nostro de Laterra opponere
quod quondam frater noster Hermannus, seu
alii de dicto genere, vel saltem familiares eo=
rum fuerint presentes, cum idem Dns Bertran
dus extitit interfectus, et semper fuerunt hostes
Ecclesie antedicte, et quod insuper Nos non
essemus sufficiens ad regimen dicte Ecclesie,
et quod omnes de Patria petunt unum Patriar=
cham de ipsius Dni Bertrandi partibus et affec=

tantes

tant. Unde licet speraremus in Deo, quod prædictorum veritas breviter pateficat, cum Dnus noster Papa noviter commiserit Reverendo Patri Dno Cardinali Peregrino, ut de prædictis plenarie se informet, et ipsi Dno nostro Papæ inde refferat veritatem. Super quo Nos coram ipso Dno Cardinali iam produximus multos testes. Nihilominus quia posset contingere, quod tamen non credimus, quod ipsum negotium per eiusdem Dni Benavenuti astutam malitiam, et emulorum nostrorum potentiam amplius differetur, et quod Nobis possent alia super hoc obstacula provenire. Fraternam amicitiam vestram cum quanta possumus instantia deprecamur, quatenus Vobis ipsis, et Nobis in hoc providentes pro posse scribere velitis per vestras litteras tam Dno nostro Papæ, quam etiam sacro Colegio Dominorum Cardinalium in forma quam Dnus Ambrosius de Laturre, vel Dnus Guilelmus Daurus, Canonici Aquilegienses Vobis tradiderint, committant, et hoc ad omne vitandum periculum, et ut de prædictis falso propositis veritas elucescat. Super hiis namque Cerulo de Civitate Austria per partes Lombardie ad propria redeunti commisimus quod vobis ex Nostri parte verbo

tenus

tenus, cum litteras ei dare propter periculum ipsius, noluerimus, loquatur, ei plenam placeat dare fidem tamquam Nobis. Datum Avinioni die XIII. Februarii.

leg: Coronensis.

Ludovicus de Latorre
sic
Cironensis Episcopus

ex Autographo, quod asservatur in Tabulario Civitatis Utini.

A tergo supra descriptae epistolae legitur

Nobilibus, et circumspectis Rectoribus, Consilio et Communi Utini Amicis praecipuis.

20

Ludovici de la Turre
Patriarchae Aquilejensis
Monumenta.

Ex Epistola chart.° inter
Patriarchales servata in Archivo
Communis Civitatis Austriae.

Foris/ Dilectis Fidelibus nostris --- Provisoribus
Consilio et Communi Terre nostre
Civitatis Austrie.

Intus/

Lodovicus Dei gratia sancte Sedis
Aquilegen Patriarcha.

Fideles carissimi. Fidelitati et dilectioni vestre intimamus ad gaudium, quod illo propiciante, à quo omne datum optimum, et cuncta bona procedunt, Sanctissimus Pater et Dns noster Dns Papa, die



Ludovici a Turre ...

externa. videlicet. decima presentis mensis, Nos de Coronensi Ecclesia ad Aquilegen Ecclesiam gratiose transtulit, et eidem Ecclesie in Patriarcham prefecit, et Pastorem, ipsam Ecclesiam nobis plenarie conferendo. Quare fidelitatem vestram attente requirimus, et ortamur, quatenus circa conservationem Terrarum, locorum, et bonorum nostrorum nostreque iam dicte Ecclesie, et circa statum totius Patrie, vos totis viribus, et posse exhibeatis promptos, et sollicitos ut speramus. Scientesque quod in brevi partes vos personaliter erimus Domino concedente. Tamen deliberavimus premittere nostros ad partes Vicarios generales, quibus parere et obedire curetis efficaciter tamquam nobis. Datum Avinione die. xj. Maij.

Ex chart.o ut hic retro.

Foris

Dilectis Fidelibus nostris Gastaldioni Provisoribus, et Communi nostre Civitatis Austrie

Intus

Ludovicus Dei gratia sancte sedis Aquilegen Patriarcha

Carissimi. Die sabbati preterita applicuimus Laybachum in comitiva Ducis Austrie Iunioris. sed male et inepte nobis successit, nam venientibus nostris Curribus, cum Curribus dicti Ducis, et sub eius galaytho nostri currus derobati sunt, et non sui. Et breviter nichil de rebus nostris, et familie nostre dimissum fuit nisi unum par vestium quod habebamus. Nunc vero hoc non obstante, ipse Dux nos vult ulterius conducere: sed spoliati pecunia, et curribus, atque equis, non videmus qualiter possimus procedere, nec ab hinc recedere aliqua ratione. Sigillum nostrum magnum

magnum cum rebus aliis est amissum. De cuius ~~amissi~~ ammissione, ne aliquid sinistri occurrat non modicum dubitamus. Et ideo si sub illo sigillo aliquae litterae emanaverint nullam adhibeatis fidem, nisi signatae essent sub nostro Anulo secreto, ut moris est, et in hoc diligentius advertatis. Ista patimur, et utinam non deteriora pro Ecclesia de voluntate et consilio illorum, qui nobis consuluerunt venire, quibus Deus parcat, nam non considerantes honorem Ecclesie, nec statum persone nostre imbecillis, sed eorum commodum proprium voluerunt penitus ita fieri. Et veri dato quod Deus, in cuius manu sumus, et sub cuius spe consistimus, de nobis aliud ordinaret, tamen consultores huiusmodi et qui nos in tantis deserverunt anfractibus, non erunt ita de subito Principes et Barones. Dat. Laybachi XXVII. Septembris. Indictione. XIIII.

---

XB.
indicq. XIV. currebat Anno Dni. M. CCC. LXXI.)

Ex chart.ª servata ut suprad.ª
inter Patriarchales.

Foris./ Dilectis fidelibus nris. --
Gastaldioni. Provisoribus et Consilio
nostre Civitatis Austrie.

Intus./

Ludovicus Dei gratia sancte
Sedis Aquilegen. Patriarcha.

Carissimi. Quoniam asseritur pro constanti quod Gentes certe ad damnificandum Patriam Gravius sunt venture, proposuimus cum auxilio fidelium, et Subditorum nostrorum, eisdem viriliter resistere, Patriamque salubriter conservare, Domino concedente. Et idcirco, ut Patria nostra eo melius conservari valeat, et defendi, quo omnes nostri fideles, et Subditi, se ad defensionem invicem congregaverint, fuerintque unanimes, et conformes, vobis harum tenore committimus mandantes districte, quatenus homines Villarum Gastaldie nostre Civitatis Austrie subiectarum, in unum visis

presentibus

magnum cum rebus aliis est amissum. De cuius amissione, ne aliquid sinistri occurrat non modicum dubitamus. Et ideo si sub illo sigillo aliquae litterae emanarent nullam adhibeatis fidem, nisi signatae essent sub nostro Anulo secreto, ut moris est, et in hoc diligentius advertatis. Iam patimur, et utinam non deteriora pro Ecclesia de voluntate et consilio illorum, qui nobis consuluerunt venire, quibus Deus parcat, nam non considerantes honorem Ecclesiae, nec statum personae nostrae imbecillis, sed eorum commodum proprium voluerunt penitus ita fieri. Et vero dato quod Deus, in cuius manu sumus, et sub cuius spe consistimus, de nobis aliud ordinaret, tamen consultores huiusmodi et qui nos in tantis deservire noverunt anfractibus, non erunt ita de subito Principes et Barones. Dat. Laybachi XXVII. Septembris. Indictione XIIII.

---

XB.
indict. XIV. currebat Anno Dni. M.CCC.LXXI.)

Ex chart.^e servata ut suprad.^a
inter Patriarchales.

Foris./ Dilectis fidelibus nris. --
Castaldioni. Provisoribus et Consilio
nostre Civitatis Austr.

Intus./

Ludovicus Dei gratia Sancte
Sedis Aquilegen. Patriarcha./

Carissimi. Quoniam asseritur pro constanti quod Gentes certe ad damnificandum Patriam Graecius sunt venture, proposuimus cum auxilio fidelium, et Subditorum nostrorum, eisdem viriliter resistere, Patriamque salubriter conservare, Domino concedente. Et idcirco, ut Patria nostra eo melius conservari valeat, et defendi, quo omnes nostri fideles, et Subditi, se ad defensionem invicem congregaverint, fuerintque unanimes, et conformes, vobis harum tenore committimus mandantes districte, quatenus homines Villarum Gastaldie nostre Civitatis Austrie subiectarum, in unum vissis

praesentibus

presentibus congregare studeatis, et ex parte nostra eis precipiatis, ac taliter ordinetis cum eisdem quod inter eos iuxta possibilitatem eorum, aliqui aligantur pedites apti, et bene armis fulciti, qui ad resistendum dictis gentibus pro defensione et conservatione Patrie ut prefertur sequuti insignia Aquilegensis Ecclesie, una cum aliis Fidelibus et Subditis nostris, accedere statim valeant, quandocunque eos super hoc duxerimus requirendos. Dat in Castro nostro Utini. die vj. Augusti. Indictione Prima.

---

Ex chart.a servata ut hic usq.

Foris./

Dilectis Fidelibus nostris -- Castaldioni. .
Provisoribus et Consilio nostre Civit. Austr.

Intus

Ludovicus Dei gratia sancte sedis
Aquilegen. Patriarcha.

Fideles carissimi. Volentes super treugis que trac=

tantur

tantur, seu tractari procurantur per unum Ambasia-
torem, ad nos per Ducale Dominium Venetiarum speci-
aliter transmissum, et nonnullis aliis Patrie statum
tangentibus, generalis Colloquii consilium celebrare
die Mercurii proxima in Terra nostra Glemone:
Fidelitatem vestram requirimus, mandantes districte
quatenus sicut Patrie statum et conservationem diligi-
tis, Consiliarii vestri ac in generali Colloquio depu-
tati, debeant Consilio huiusmodi remota causa qua-
libet interesse. Datt in dicta Terra nostra Glemona
die xvj. Decembris. Indictione prima.

---

Ex ab. chart.ª servata ut sup.ª

Foris./ Dilectis Fidelibus nostris.- Gastaldioni.
Provisoribus. Consilio. et Communi nrē
Civitatis. Austrj.

Intus vō./

Ludovicus Dei gratia Sancte
Sedis Aquilegen. Patha.

Carissimi fideles. Constitutus in nostra presentia Avancius q.dam Nicolai de Lezio lator presentium nobis exposuit cum querela, quod cum ipse et progenitores sui certos habuerint et habeat servitores de masnata qui eidem servire tenentur ex debito, ut non serviant seu obediant sibi, Concives vestri in nostra Civitate Austria sunt effecti, in ipsius Avantii non modicum detrimentum, Nobis super hoc de opportuno remedio supplicavit, unde ipsius indemnitati ut tenemur, providere ~~[illegible]~~ volentes, fidelitatem vestram requirimus mandantes, quatenus illos suos servitores, quos nominaverit, coram vobis convocare debeatis, eisdemque districte mandare, quod dicto Avancio, si et inquantum tenentur de jure studeant effectualiter obedire. Dat. in Castro nostro Utini die XXV. Februarii. Indictione secunda.

Ex aut. chart. ut sup.

Foris.

Dilectis Fidelibus nris — Gastaldioni. Provi-
soribus. Consilio et Communi nre Civit. Susp.

Intus.

Ludovicus Dei gratia Sancte
Sedis Aquilegen. Patha.

Fideles carissimi. Fuit apud nos ex parte Dni Ducis ille de Sarphimberch, cum quo inter cetera convenimus ad ipsum Dnum Ducem pro aliquo inter ipsum et nos si est possibile tractando concordio, die crastina personaliter nos transferre; Ut igitur de tractatibus huiusmodi, et aliis que fient, plenius vobis constet, in agendisque huiusmodi ut esse debetis, sitis participes, fidelitatem vestram requirimus mandantes districte, quatenus duos vestrum die crastina bono mane in Utino ad nos mittatis, qui cum ad dictum Dnum Ducem accesserimus in nostra Societate existant, Et cum publice asseratur dictum Ducem, ubi non

possimus

possimus invicem concordari, in obsidione huius Terre fore venturum. Ad instantiam Fidelium nostrorum Utini vos hortamur, quatenus illos quos potestis equites et pedites in subsidium et defensionem prefate Terre subito transmittatis. Nam dicti Utinenses, si expedierit pro vobis facere offerunt illud idem. Dat. in Castro nostro Utini die . VIII . Septembris . Indictione . XIIII.ª

paginam quartam hic retro scriptam consule . Ibi de D. Duca . etc.

Ex alia ut supra .

Foris / Prudentibus Viris - - Gastaldioni - - Provisoribus - - Consilio et Communi Civit. Aust. nobis sincere dilectis.

Intus /

Carlavarius de Laturre Dñi nostri Dñi Patriarche Aquilegeñ Vicedominus Generalis .

Carissimi . In nostra constitutus presentia discretus vir Petrus natus q.m Henrici formie Civitatensis

Canonicus

Canonicus, nobis querulose exposuit, quod occasione vulneris commissi ut asseritur in personam Guizardi pelliparii de Civitate Austria contra ipsum et bona sua, certas fecistis, seu conamini facere novitates. Cum itaque dictus Petrus de dicto crimine asserat penitus se insontem, nec ad vos pertineat de ipso, qui est Clericus etiamsi culpabilis forte foret, ullam reddere rationem, fidelitatem et dilectionem vestram harum tenore requirimus mandantes, et inhibentes districte, ne contra ipsum, vel eius bona aliquam faciatis, vel praesumatis facere occasione huiusmodi novitatem, ymmo ipsum permittatis      et conversari in Terra ut debet pacifice et quiete. Nullum enim dubium gerimus, quod Dni nri spiritualis Vicarius ad quem spectat de ipso si delinquerit petenti cuilibet exhibebit summariam rationem. Dat Utini die XVIII. Januarii. Indictione. XV.ª

---

Anno M.CCL. LXII. respondet Indictio. XV. suprascripta.

Ex alia chart. ut retroscriptū est.

Bonif.

Dilectis nobis Andriolo Quirini, et Mestrono de Civitate Austria, Consiliariis à Generali Colloquio deputatis.

Inscr.

Carlevarius de Laturre Dni nri Dni Patriarche Aquilegeñ Vicedominus Generalis.

Carissimi. Volentes de bonis novis, que à Domino nuper suscepimus, Vos et alios de Patria reddere certiores, ac super his et aliis arduis Patrie statum, ipsiusque conservationem tangentibus die Iovis tercio mensis Februarii proximè nunc venturi in Utino generalis Colloquii Consilium celebrare. Fidelitatem vestram requirimus, mandantes districte, quatenus sicut statum et conservationem diligitis huiusmodi, alter vestrum studeat ipsi Consilio omni causa postposita interesse. Dat. Utini die d. XXIIII. Ianuarii. Indict. XV.

Chart.ª ut hic retroscript.ª E.

Foris./

Prudentibus Viris... Gastaldioni. Consilio
et Communi Civit. Austrie.

Intus./

Carlevarius de Laturre Dñi nostri
Dñi Patriarche Aquilegeñ Vicedominus Sentis.

Carissimi. Intendentes iuxta deliberationem Consilii à Ge=
nerali Colloquio deputati cum Vexillis Imperialibus et
sancte Aquilegeñ Ecclesie in Dei nomine, et gloriose Vir=
ginis Marie Matris nostre equitare in potenti exercitu
contra hostes, eisque resistere viriliter, ac potenter, Fide=
litatem et dilectionem vestram requirimus vobis di=
stricte precipiendo mandantes, quatenus sub fidelitatis
debite per vos prestito iuramento, et pena in generali
Colloquio ordinata cum armis et talia militie vobis
imposite et ultra taliam cum omni militia quam facere
potestis octava die, à die crastina esse in Utino penitus
procuretis, Vexilla Imperialia et dicte Ecclesie quo

decreve=

decreverimus secuturi. Dat. Utini die XXI. Aprilis. Indictione. XV.

---

Inter Schedas Nobb: Dnorum
Guillielmi de Puppis Filii Dni Francisci
de Civit. Austr.

chart.ᵃ ī docu:

M.CCC.LXV Indict. III.

Die XXVII. Maii. Celebratum fuit Consilium Generalis Colloquii per Reverendissimum in Xpo Patrem et Dnum Dnum Ludovicum Dei gratia ste Sedis Aquilegen Patriarcham in Civitate Austria in Patriarchali Palatio: In quo quidem Colloquio interfuerunt Venerabiles Viri Dni Guido Abbas Mosacen, et Iohannes de Carrate Canus Aquilegen.. Nobiles Viri Dni Franciscus Miles de Savorgnano. Symon miles de Walvesoii. Odoricus miles de Cucanea. Symon de Cucanea. Henricus de Pertistayn. Meynardus de Villalta.

Franciscinus

Franceschinus de Cramperch. Pertoldus et Eusenerius de Manzano. Susanus de Sancto Daniele. Franciscus de Fagania. Manfredinus Delaturre. Stephanus Virgilii. Philippus de Portis, et Iacobus dictus Puppus de Civitate Austr. et Nicolussius Orbiti de Utino.

Propositum fuit super facto Dni Ducis Alberti de adventu ad partes istas. Deliberatum fuit, quod damna et devastationes subito fiant contra inimicos, et quod pars militie remaneat in Sanctodaniele, et alia pars in Walvesson. Et quod tunc iis inceptis ad Dominum Padue pro Gentibus transmittatur.

Item super facto illius de la forum ad Tergestinos solemnes Ambaxiatores mittantur de subito.

Item super facto inobedientiam Dni Patriarche

P. - - - - - et quod unus bonus et probus homo pro Capitaneo habeant.

Item super facto inimicorum, et - - - per Patriam diff. - - - - - - -

Ex libro in fol.° hoedina pelle cooperto apud Nob. D. Fabium Co. Asquinum servato legit.° in pag.ª 74. ut infrà

Militia Universę Patrię Fori Iulii tempore D.ni Ludovici Patriarchę.

Militia Patrie Fori Iulii.

M. CCC. LX.

Et primo D.nus Patriarcha elmos XXXII. Gal. VIII.

D.nus

Dns Episcopus Concordien - flor. VIII. — balist. II.

Pro Prelatis

Capitulum Aquilegen - fl. X. — bal. II.

Abbas Bellinian - fl. II. — bal. o

Prepositus Sancti Stephani - fl. IIII. — bal. I.

Monasterium Mariæ Aquilegen. fl. II. — bal. II.

Abbas Rosacen - fl. III. — bal. I.

Abbas Mosacen - fl. III — bal. I.

Abbas Sexten - fl. IIII — bal. I.

Capitulum Civitaten - fl. X. — bal. II.

Monasterium Mariæ Civitaten. fl. I. — bal. I.

Capitulum Utini pro Prepositura

Sancti ~~Stephani~~ Odorici - fl. I. — bal. I.

Prepositus Carneæ - fl. I. — bal. o

Pro Castellanis

Prata - fl. V. — bal. IIII.

Purliliæ - fl. VI. — bal. IIII.

Pulcenicum - fl. IIII. — bal. IIII.

Arianum - fl. I. — bal. I.

Monsregalis

| | | |
|---|---|---|
| Monsregalis | el. I | bal. I. |
| Maniacum | el. IIII | bal. I. |
| Pinzanum | el. I | bal. II |
| Toppum | el. I. | bal. o |
| Fregnimbergum | el. VIII | bal. II. |
| S. Vitus | el. II | bal. II. |
| Sbroiavacca | el. II | bal. I. |
| Laurenzaga | el. I | bal. I. |
| Salvarolum | el. I | bal. I |
| Meduna | el. o | bal. II. |
| Azzanum | el. o | bal. I |
| Fruarium | el. I | bal. o |
| La Frattina | el. II | bal. II. |
| Flagonea | el. I | bal. o |
| Villalta | el. I | bal. II. |
| Cavorianum | el. I | bal. o |
| Vruspergum | el. II. | bal. I. |
| Faganea | el. II. | bal. I. |
| Mornium et Tricanum | el. V et uno dexterio. | bal. IIII. |

Brazzano

| | | |
|---|---|---|
| Brazzacum superius et Brazzacum inferius | el. I. | bal. I. |
| Fontanabona | el. I. | bal. I. |
| Colloretum | el. VI. | bal. IV. |
| Mels. | el. II. | bal. II. |
| Sanctus Daniel | el. IIII. | bal. II. |
| Pers et Susannum | el. I. | bal. I. |
| Ragonea | el. I. | bal. I. |
| Prampergum | el. II. | bal. II. |
| Cassacum | el. I | bal. o |
| Artonea | el. o | bal. I. |
| Vendorium | el. I. | bal. o |
| Buia | el. I. | bal. I. |
| Arcanus | el. II. | bal. II. |
| Cucanea, Bertistayn et Valvasonum | el. X. | bal. VI. |
| Strasoldum | el. IIII | bal. II. |
| Manzonum | el. II | bal. I. |

Bedrium

| | | |
|---|---|---|
| Budrium | el. I. | bal. I. |
| Castellum et Parcentum | el. III | bal. II. |
| Varmum superius | el. II. | bal. I. |
| Bethalmus de Varma inferiori | el. o | bal. I. |
| Regliacum | el. o | bal. I. |
| Cergnaum inferius | el. I | bal. I. |
| superius | el. o | bal. I. |

Communitates

| | | |
|---|---|---|
| Aquileia | el. I. | bal. I. |
| Utinum et Savorgnanum | el. XXXII. | bal. VIII. |
| Civitas Austriae | el. XII | bal. IV. |
| Glemona | el. VI. | bal. IV. |
| Monsfalco | el. I. | bal. I. |
| Palmerium | el. II. | bal. o |
| Sacilum | el. II. | bal. I. vel XXV. pedites. |
| Venzon | el. I. | bal. o |

Sodanum

Sockeuum }
Guart et } ——— el. I. ——— bal. o—
Quincis }

Venzonum. el. XIII. —— bal. II.

Maranon facit pedites.

Zoppola ——— el. I. —— bal. D.—

Ego Simon Notarius de Covaria civis Utinensis publ.cus Imp.li aut.e Notarius ex commissione mihi facta prout inveni in notis olim S. Iohannis q.dam S. Eubertini de Novate de Mediolano tempore D.ni Ludovici della Turre Patriarche Cancellarii accopiavi, et me subscripsi. S. Sequitur etiam ibi alia similis diversi tamen temporis.

Extra

Ex foliolo servato in Archivo

Civitatis Austrie.

Extra

Dilectis Fidelibus nostris... Gastaldioni

Provisoribus et Consilio nostre Civitatis Austrie

Intus

Ludovicus Dei gratia sancte

Sedis Aquilegen. Patriarcha.

Carissimi. Quia certa de novo ardua emerserunt, super quibus expedit de subito providere, mandamus vobis quatenus die crastina tres de potioribus Concivibus vestris ad consulendum super occurrentibus transmittatis. Datum Utini. XXIIII. Iunii. Indictione.

[illegible] Ex pag.e servata in Arch.o Notariorum

[illegible] Civitatum inter Notas D. Eustachii [illegible]

[illegible] Minutius [illegible]

Demos [illegible]

[illegible] Dilectis Fidelibus nostris [illegible] Castaldionibus [illegible] Provisoribus et Consilio nec non Civitatis Austriae [illegible]

[illegible] miseratione divina gratia sanctae [illegible] sedis Aquilegiensis Patriarcha [illegible]

Fideles nostri dilecti. Pridem vobis mandasse, et inhibuisse districte meminimus, ut super aliquibus bonis hereditatis quondam Leutii Civis nostri nullam deberetis facere novitatem. Vos vero [illegible] Benevenuti relicta quondam dicti Leutii in nostra constituta presentia querula expositione [illegible] de mandatis nostris et monitis non curantes [illegible] evidenter [illegible] omnia bona mobilia hereditatis praedictae

ad voluntatem

ad voluntatis vestre libitum, et de facto vendi
fecistis ad incantum. Reputantes igitur hoc, seu
novitatem factam huiusmodi, nec immerito ad in-
iuriam non modicam, vobis harum tenore districte
precipiendo mandamus, quatenus sub obtentu nostre
gratie, ac sub pena mille librarum veronen., ac
alia pena nostro arbitrio infligenda, nullam super
bonis aliquibus hereditatis predicte debeatis usque
ad nostrum illuc adventum facere novitatem. Si quam
vero fecistis, illam studeatis visis presentibus re-
tractare. Alioquin preter indignationem nostram
incurrendam, et bona vestra ad exactionem pene
predicte, et alia graviora ex honori nostro con-
venire procedemus. Ceterum volumus et man-
damus districte sub pena predicta, quatenus
bladum apud Decanum de [illegible] dimittatis
et omnino remanere, prout super hoc alias per
nostras litteras ordinavimus. Datum in Castro nostro
[illegible] die xxvj. Augusti. Indictione XV.
[illegible]

Ex pezzella Archivii predicti

Notarior. Civitaten.

Tergum

Dilectis fidelibus nostris Castaldioni

Procuratoribus et Consilio nostre

Civitatis Austrie.

Intus

Ludovicus Dei gratia sancte

sedis Aquilegensis Patriarcha

Carissimi. Querela dilecti Altrusini de nostra Ci=
vitate Austrie Castaldionis nostri de Antro, con=
cepimus quod occasione quinque boum ablato=
rum cuidam Massario Leonardini et Luisini fra=
trum de dicta Civitate in Villa de Savogna
iurisdictioni et Castaldie nostre de Antro subi=
ecta, rationabiliter laudo et sententia median=
tibus contra ipsum Altrusinum ut boves restitu=
antur huiusmodi, nonnullas conamini facere
novitates. Attento itaque quod si hoc ita est, vos
iuribus et iurisdictionibus nostris in hac parte

velle

velle non modicum derogare: unde nec immerito ad=
mirari, vehementer cogimur et turbari. Quocirca vo=
lentes, ut tenemur, iura et iurisdictiones nostras illi=
batas servare penitus, iuxta posse, et quod per vos
vel quemvis alium non fraudentur, fidelitatem
vestram et dilectionem vestram requirimus, vobis et
vestrum singulis districte praecipiendo mandamus
quatenus sicut gratiam nostram diligitis, nullam occasione
dictorum [illegible] facere [illegible] praesumatis facere
novitatem. In casu vero quo adversus dictum
Altrasinum occasione dictae iurisdictionis nostrae
persona aliqua ius aliquod habere praetendat,
paratos nos offerimus ut ad nos spectat exhibere
[illegible] rationem. Datum in Castro nostro
Sanctidanielis die XXVIII Augusti. Indictio=
ne XV.

Ex alia pag.

Ex alia pag.a epistolari ... x.

[illegible] ingressus Arch.i inter Nos

ut supra.

Tergo.) [illegible]

[illegible] fidelibus nostris [illegible] Castaldioni

Provisoribus et Consilio nostre Civitatis aquilegie.

[illegible]

Ludovicus dei gratia [illegible]

Patriarcha Aquilegensis [illegible]

[illegible], quatenus [illegible] et eius nepotem de nostra [illegible] bona, nullam praesumatis facere novitatem, et bona ipsorum [illegible] faciatis. Et si forte de huiusmodi nostro mandato vos reputatis gravatos coram nobis ubicumque fuerimus, comparere studeatis, quia dictam quaestionem coram nobis intendimus diffinire. Dat. in Castro nostro Utini die penultimo Septembris. Indictione XV.

Ex alia

Ex alia epistolari pag.^a servata
ut hic supra, et fere sigmata.

Tergo.)

Gastaldioni Provisoribus Consilio
et Communi nostre Terre ...

Intus.)

Ludovicus Dei gratia
Aquilegensis Patriarcha.

Fideles carissimi. Intendentes super nonnullis arduis Patrie statum tangentibus die Mercurii XII. presentis mensis Octobris in Castro nostro Fagonee generale Colloquium celebrare, Fidelitatem vestram requirimus mandantes, quatenus ipsi Colloquio intersitis omni causa postposita in eccessu. Dat in Castro nostro Utine die quinto Octobris. Indictione XV.

Ex alia

Realia epistolari pagella

superscripta super dorso signata

ut sequitur

Dilectis fidelibus nostris

Provisoribus et Consiliis nostre Civitatis

[illegible]

Ludovicus Dei gratia sancte

Sedis Aquilegen. Patriarcha.

Carissimi fideles. Ut pacta quidem ordinata inter nos et Comitem Cilie sicut nobis constat, et potissime super facto Cluse observentur. Intendimus Deo auspice die crastina equitare cum gente nostra armigera, et sub vexillo Ecclesie usque ad Castrum nostrum Brie. Et exinde iuxta deliberationem Consilii nobis [illegible] per generale colloquium procedere cum exercitu nostro ipso [illegible] Cluse predicte. De quo vestre fideli tatis

Leg. quidem

tatis constantiam que semper promptissima fuit ad con=
servationem honoris et status Aquilegensis Ecclesie
matris vestre requirimus, vobis mandantes quate=
nus quod fuistis hactenus, estis et eritis dante Domi=
no, ostendantes militiam vestram statim et difficul=
tate remota cum equalibus ordinatis, ita quod die crasti=
na si fieri potest, vel saltem die Dominica proxima
apud nos sit apud Buyam dicte nostre Ecclesie insi=
gnia tenturi. Datum in Castro nostro Utini
die viii. Octobris. Indictione XV.

Et super hiis dilecto filio Iohanni Archidiaco=
no nostro latenti fidem adhibeatis credulam
tamquam nobis. Datum ut supra.

Ex alia pagella similiter ut supra
a tergo sigillata et foris signata

Dilectis nobis Gastaldioni Provisoribus
et Consilio et Communi nostre Civitatis Austrie.

Inay.

Intus)

Ludovicus Dei gratia sancte
Sedis Aquilegen. Patriarcha

Carissimi Filii. Ad nostri notitiam est perductum
quod nos non obstantibus aliquibus convictionibus
factis per Benevenutam relictam quondam Scutti
de Civitate Austria vel eius procuratores seu
inhibitionibus factis per nos bona omnia
prefati Scutti seu heredum suorum facitis ven-
dere ad incantum de quo non modicum ad-
miramur, propter quod vobis nostre gra-
tie sub obtentu mandamus, quatenus in bo-
nis heredum quondam Scutti predicti usque ad
nostrum adventum Civitatis Austrie novitatem
aliquam nullo modo facere presumatis, man-
dantes preconibus eiusdem Terre, ut sub pena
privationis officii, bona predicta non debeant
incantare. Dat. in Castro nostro Utini die xv.
Octubris. Indict. XV.

Ex alio.

Ex alia pag.^a servata in Arch.^o ut sup.^a signata à tergo

Dilectis fidelibus nostris. – Gastaldioni Provisoribus, et Consilio nostro Civitatis Austriæ.

Ludovicus Dei gratia Patriarcha Aquilegien.

Carissimi. Mandamus vobis quatenus bona Tristani de nostra Civitate Austria pennis intromissa distromittatis incontinenti. Et si aliquis de huiusmodi nostro mandato reputat se gravatum, compareat coram Nobis. Cum eos dictam questionem coram nobis diffinire intendamus. Dat. Utini in nostro Castro, die xiiij Octubris. Indictione XV.

Ex folio epistolari servato
in Arch.° Civitatis Fori Julii foris signato:

Reverendissimo in Xpo Patri Dno Dno
L. Sancte Sedis Aquilegen Patriarche
Dno meo gratioso.

Intus

Reverendissime Pater, et Domine mi noster. Hu=
millima recomendatione premissa. Noveritis
quod Dominium elegit Dnos Iohannem Zeno, et
Franciscum Moracinum Ambaxiatores ad Dnum
Ducem Austrie ad tractandum pacem inter ipsum
et Vestram Paternitatem; et sunt recessuri hinc
ad quatuor dies cum solempni comitiva et citius
ipsi ex nunc recederent iussi quia prestolantur
informationes vestras quas Vestra paternitas
debet facere ut ipsi sciant qualiter se debent
habere, ut oportet quod ipsi informentur su=
per omnibus videlicet super petitione Ducis quam

facit.

facit. et super responsione vestra et super vestra
contingentia totius cause plenissime et ipsi
tractabunt quod fiant treugue. et quod Dns
Dux Austrie, et paternitas vestra compromittant
in Ducem Veneciarum et compromisso pendente
dicte treugue durabunt. Mittat ergo Paternitas
vestra dictas informationes eisdem Ambaxia-
toribus et aliquas amicabiles litteras continen-
tie quod sollicitudinis sue curam velint exer-
cere in isto Ecclesie vestre pro opere ...
bene ... ... et expediant ista celeriter ita
ut die Iovis sine omni fallo sint hic dicte
informationes et omnia ordinare. Tandem
non lateat Paternitatem vestram quod ex
nunc dictum Dominium mittit unum nuncium
festinanter Dno Duci Austrie ut premissis
pendentibus nulla fiat novitas. Insuper con-
stat michi et Dno Raynero de Parma de petitio-
nem Ducis, et de differentiis vestris, que omnia
hodie capitulabuntur. Item scribat Dns Pro-
...
rectoribus

tectoribus suis in Curia pro premissis faciendis et aliis vestris et Curiae vestre efficaciter et solempniter, dixi Dno Duci segregatim et secreto michi dicta per Vos. Dat Venesiis Die Iune XVIII Septembris prime Indic.

Vestri { Principallus
et Raynerius } etc.

Ex folio servato in Archivo Civitatis Fori Iulii, foris inserto

Dilectis Fidelibus nostris -- Castaldioni Provisoribus Consilio et Comunitati nostre Civitatis Austrie

Nobis

Insup.

Ludovicus Dei gratia sanctæ
sedis Aquilegen. Patriarcha.

Carissimi fideles. Quia contenta in litteris introclusis volumus iuxta deliberationem Consilii nobis deputati per generale Colloquium, nec non plurium Prelatorum et Nobilium ultra Consiliarios nobis astantium, in die sancti Laurentii proxime venturi, et non ante, per omnes Terras, et Communitates nostras Foroiulii proclamari. Mandamus vobis ut præsentes nostras introclusas litteras, secrete clausas teneatis; nec aperiatis eas usque ad diem prædictam Sancti Laurentii, et tunc ipsa die, ipsas aperiatis litteras, contenta in eis fideliter et sollicite adimplentes, ita quod ad resistendum fraudibus malignantium una die, unoque contextu, ordinatio et deliberatio nostra et nostrorum fidelium prædictorum, omnibus in publicum deducatur. Datum in Castro nostro

Utini

Utini die primo Augusti. Indictione prima

Ex folio satis parvo servato
in Archivo predicto, foris
inscripto:
Bonum de Ruovambench
Moylas de - - -

Inscr.) Nos ... Capitaneus Consilium, et Commune
Utinense notum fore volumus universis
Quod cum Reverendus in Christo Pater et Dnus noster
Dns Ludovicus Dei gratia sancte sedis Aquilegensis
Patriarcha per suas patentes litteras affidaverit et
assecuraverit per se et suos fideles et subditos Ma=
gnificum et potentem Dnum Dnum Ulricum
Comitem Cilie cum eius comitiva venientem
ad ipsum Dnum nostrum in personis et rebus,
veniendo stando, et redeundo, sicut in huius=
modi affidationis, et securitatis litteris conti=
netur

Indict. prima cadit anno MCCC.LXIII.

natur. Nos tamquam fideles et subditi praefa-
ti Dni Patriarche, et sancte Aquilegen. Eccle-
sie de ipsius Dni nostri mandato dictum Dnum
Comitem, eiusque comitivam pro nos et omnes
nostros Concives et vicinos modo simili affida-
mus. Harum sub nostre Communitatis sigilli
testimonio litterarum. Datum Utini etc. die
etc. Anno etc.

---

Ex foliolo servato in Arch.
[illegible] Civitatis Forijulii:
[illegible] a tergo signatoque [illegible]

Prudentibus Viris ... Gastaldioni [illegible]
[illegible] Consilio et Comuni Civitatis Austrie
[illegible]

Castarverius de [illegible] Vicedominus
Dni nri Dni Patche Aquilegen.

Carissimi

Carissimi. Significamus vobis quod nos pro dampnis contra promissiones et pacta facta cum Dno Duce Austrie, super bonis dicti Dni nostri illatis. Et similiter illi de Utino pro dampnis vicinis eorum illatis, disposuimus ad dictum Dnum Ducem, statim cum sciatur ipsum de Venetiis ad portum aliquem venisse, Ambaxiatores et precipuos destinare. Cum itaque contra promissiones et pacta huiusmodi nos lesos etiam sentiamus, dilectionem vestram requirimus et hortamur attente, quatenus Ambaxiatores vestros similiter vobis presentibus eligatis, ita quod quandocunque de adventu dicti Dni Ducis constabit et vos super hoc duxerimus requirendos, ad nos venire valeatis sine mora. Datum Utini die xxv Octubris.

Ex foliolo in Tabulario
antedicto Civitatis Fori Iulii,
scripto sigillato:

Dilectis Fidelibus nostris Castaldioni
Provisoribus, Consilio et Communi
nostre Civitatis Austrie.

Ludovicus Dei gratia sancte
sedis Aquilegen. Patriarcha.

Carissimi Fideles: Intelleximus gentes armigeras Goritiam applicuisse, unde fidelitatem vestram requirimus mandantes, quatenus sicut statum nostrum diligitis, unum vestrum nuntium specialem ad inquirendum de gente huiusmodi Goritiam dirigatis, nobis subito rescribentes seriem veritatis. Datum in nostro felici exercitu apud Spegembergh die. xiiii. Octubris. Indict. secunda.

Ex foliolo servato in Arch.° ...

Civitatis For. Iul. foris inscripto:

Dilectis fidelibus nris ... Gastaldioni Provisoribus Consilio ac Communi nec non Deputatis super bona pupillarum Terre Civitatis Austrie.

Intus:

Ludovicus Dei gratia Sancte Sedis Aquilegen. Patriarcha.

Carissimi filii. Ad nostri notitiam per fidedignas personas est perductum quod vos contra debitu rationis sententias ac processus minus licitos fecistis ac fecistis seu tulistis contra honestam mulierem Benevenutam relictam q.m Scutti de Civitate Austrie, ac filiam eiusdem ... conando usurpare seu subripere bona et actiones earum, de quo ti ... admiramur non modicum. Quomodocunque autem sit, volumus et.

... nostra

..... nostre gratie sub obtentu, ac pena nostro arbitrio imponenda districte precipiendo mandamus quatenus contra dictum Benevenutam et filiam aut eius bona usque ad nostrum adventum in Civitate Austria, aliqualem non presumatis facere novitatem. Et si qua eisdem accepistis indebite vis presentibus restituere studeatis. Quod si contra nostra mandata huiusmodi quidquam facere presumpseritis, quod non credimus contra vos tamquam contemptores mandatorum nostrorum effectualiter procedemus. Dat. Aquilegie die V. Iunii. Indictione. XV.

---

In pagella foris inscripta.

Dilectis Fidelibus nostris ...... Gastaldioni ...... Provisoribus, Consilio, et Communi Nostre Civitatis Austrie.

Indict. XV. millesimo Ann. MCCCLXII.

Ludovicus Dei gratia sancte Sedis
Aquilegeñ. Patriarcha

Fideles carissimi. Vestre fidelitati volumus fore notum

Marquardi
Patriarchae Aquilejensis

ex libro inscripto: M.9.
Monumenta Historica
Tomus IV.

mihi commodato a Nob. D. Cav: Fabrizio
Utinensi.

pag. 211.

1367. Da due Quinternetti di Protocollo
di Nicolò di Cividale Notaro.
ex ipsa d. c. Fabrizij.

M. CCC. LXVII. Indictione quinta.

Protestatio Capituli Aquilejensis facta
in Colloquio Generali.

Die Dominico octavo Augusti in Utino in sa-
la inferiori Patriarchalis Palatii. Presentibus
Nobilibus viris Dnis Biachino Milite de Prata.
Francisco Milite de Savorgnano, Simone milite
de Valvesono, Niculussio de Villalta, Simone

de Cucha —

da Cuchanea, Bizardo de Strasoldo, Doymo de Castello, Maynardo de Villalta, Phylippo de Portis de Civitate, Nicolussio Varbin de Utino, Iacobo de Carporta licentiato in iure civili et Henrico de Glemona testibus et aliis pluribus in multitudine copiosa. Coram Reverendissimo in Christo Patre et Dño Dño Marquardo Dei gratia sancte Eccl(esi)e Aquilegensis Patriarcha dignissimo et aliis Dñis Prelatis, Nobilibus, Diesmanniis, et civibus Ecclesie Aquilegensis vocatis ad colloquium ut moris est, specialiter congregatis, et convocatis. Venerabilis Vir Dñs Mattheus de Mosio Canonicus Aquilegensis, et nuncius Capituli Aquilegensis dixit et protestatus fuit, quod ipse, de vice et nomine Capituli Aquilegensis non consensit, nec consentire intendit alicui impositioni militie, cum laudatores nichil habeant capitulo ipso imponere, etiam quia ipsum Capitulum generaliter est exemptum ab omni onere militie. Item etiam quia numquam ipsum Capitulum aliquam fecit militiam etc. cum omni melioramento.

---

Protestatio Capituli Civitatensis facta in Colloquio Generali.

Item

Item dicto die, Loco, et testibus. Venerabilis et circumspectus vir Dnus Ottonius de Canera Canonicus suo ac vice, et nomine Dnorum Canonicorum et Capituli Civitaten dixit et protestatus fuit quod non consentit, nec consentire intendit alicui impositioni militie in damnum et praeiudicium Capituli Civitaten, cum Capitulum ipsum ad aliquam militiam non teneatur, nec umquam fecerit militiam, nec Layci aliquid habeant mandare, seu imponere Clericis etc. cum omni melioramento.

---

Protestatio Maioris Monasterii Civitatensis.

Nota quod Andalgrettus notarius de Civitate debet ipsam protestationem scribere quia ego Nicolaus notarius tamquam Sindicus Conventus ipsius Monasterii protestatus fui prout dictus Dnus Decanus protestatus fuit nomine Capituli Civitatensis de verbo ad verbum.

---

Protestatio Andalgretti Procuratoris Jacobi qtam Hermanni.

Item dicto die, Loco, et testibus. Ibidem Andalgrettus

Dalgrattus Notarius de Civitate tamquam Procu
rator, ut asserit, heredum quondam Harmanni de Civi
tate presentavit quamdam appellationem inter
positam ad Colloquium Generale in questione
cum Marcutio Bacario de Civitate protestans
quod propterea non desistit procedere et prosequi
ipsam appellationem, ubi quidam dictum fuit
quod determinatur appellationis in Consilio
Colloquii generalis etc. Qui Andalgrattus
protestatus fuit, quod non intendit quod Consi
lium Colloquii determinet huiusmodi appella
tionem.

cum omni meliioramento.

---

Hofman

1372.

Nos Marquardus dei gratia sanctae sedis Aquilegensis Patriarcha per Serenissimum Principum Principem Dnum nostrum Dnum Karolum divina favente clementia Romanorum Imperatorem semper Augustum, et Boemiae Regem Commissarius ad infrascripta deputatus: Universis et singulis Serenissimis et Illustribus - - - Regibus - - - Principibus - Electoribus Imperii Ecclesiasticis, et Saecularibus - - Ducibus, ac Spectabilibus, et Magnificis, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, et Nobilibus, Iudicibusque, Civibus, Iuratis, ac Universitatibus Regnorum, Principatuum, Ducatuum, Marchionatuum, Conventuum Provincianum Civitatum et Locorum, quos et quae sacri Imperii Latitudo complectitur, nec non Nobili Barnaboni de Vicecomitibus Mediolani in infrascriptis Imperialibus literis et processibus nominato, et ipsius Barnabonis Colligatis, Fautoribus, Complicibus, adhaerentibus et sequacibus in infrascriptis quovis modo ac aliis quibuscunque, quos tangit negotium vel tangere poterit quomodolibet in futurum. Significamus sententiam, et processus poenas

praefat.

prefati Serenissimi Dni nostri Karoli Impe=
ratoris, eiusdem Imperialis maiestatis sigilli
appensione munitas, non viciatas, non cancellatas
sed sanas et integras, ac integram et sanam om=
nique vitio et suspicione carentes, nobis per
dicti Dni nostri Imperatoris nuntium presenta=
tam et presentatas cum ea qua decuit reveren=
tia nos recepisse noveritis, tenorem qui sequi=
tur continentes:
Karolus quartus divina favente Clementia
Romanorum Imperator semper Augustus et
Boemie Rex. Universis et singulis Regibus,
Principibus, Electoribus Imperii Ecclesiasticis
et Secularibus, Ducibus, marchionibus, Comitibus,
Baronibus, Nobilibus, Iudicibus, Civibus, Incolis,
et Universitatibus Regnorum, Principatuum,
Ducatuum, marchionatuum, Comitatuum,
Provinciarum, Civitatum, et Locorum, quos et
que Sacri Imperii latitudo complectitur, fideli=
bus suis dilectis gratiam suam, et omne bonum etc.
Quarum sententie et processuum originalia
ut plenior et verior nostro Edicto publico
affigi fecimus et in presenti nostro Edicto in=
seri iussimus. Quibus quidem litteris et pro=
cessibus Imperialibus ut premittitur receptis
fuimus per prefati Dni nostri Imperatoris
nuncium

nuntium cum instantia requisiti, ut ad ipsorum sententie et processuum Imperialium executionem procedere deberemus. Nos vero Marquardus Patriarcha Aquilegen. Commissarius prefatus ipsorum sententie et processuum Imperialium tenore diligenter attento, Cupientesque ut obedientie filius ad ipsorum sententie et processuum Imperialium executionem procedere ut tenemur Vobis prefatis serenissimis, et Illustribus Regibus, Principibus Electoribus Imperii Ecclesiasticis et secularibus Ducibus, ac spectabilibus, et Magnificis Marchionibus, Comitibus, Baronibus, ac Nobilibus, Iudicibusque, Civibus iuratis, Universitatibus Regnorum, Principatuum, Ducatuum, Marchionatuum, Comitatuum Provinciarum, Civitatum et Locorum, quos et que sacri Imperii latitudo complectitur, nec non prefato Barnaboni de Vicecomitibus Mediolani, ipsiusque Barnaboni Complicibus, Fautoribus, Colligatis, adherentibus, et sequacibus premissa omnia et singula in prefatis sententia et Processibus Imperialibus contenta denuntiamus, intimamus, et etiam publicamus, ac etiam infra Missarum solemnia in nostra Aquilegensi Ecclesia die festo cum populus frequentius concurrit ad divina, facimus

sermone

389

4494

sermone vulgari, et materna lingua Patrie solenniter publicare. Et ad vestram, et cuiuslibet vestrum notitiam per hoc nostrum publicum edictum in foribus prefate nostre Aquilegen. Eclesie ac beate Marie Civitatis Austrie, Sancte Marie de Utino Eclesiarum, et nonnullarum aliarum Eclesiarum foribus ac locis nostre Aquilegen. Diocesis duximus affigendum. Harum sub nostre spiritualis Curie Aquilegensis impressione sigillo testimonio litterarum. Datum in terra nostra Portusgruarii Anno Dominice Nativitatis Millo trecentesimo septuagesimo secundo. Indictione Decima. Die Lunis ultimo Septembris

Sigillum.

ex autographo existente in Tabulario Civitatis Utini.

1381 ... Nov. Lond.

# Confirmatio

Donationis totius Patriae Fori Iulii
factae R.mo D.no Aquilegen. Patriarchae
caeterisque etiam Success.ribus

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. feliciter.
Amen. Karolus IIII. divina favente Clementia
Romanorum Imperator semper Augustus, et Bohemie Rex
ad perpetuam rei memoriam. Et si Imperialis Benigni=
tatis grata clementia universorum, quos sacri Romani Im=
perii latitudo complectitur, felicibus perfectis gratiis
commodis et speratis augmentis dignatur intendere Ad
illorum tamen profectus et commoda diligenti cum stu= leg. forte cum, favore
dio clementius inclinare consuevit quorum fides et nota
merita continuatis tionibus caeteros antecedunt. sane
constitutus in nostrae Maiestatis praesentia Venerabilis Mar=
quardus sanctae Aquilegen. Ecclesiae Patriarcha Princeps
Consiliarius devotus noster dilectus nobis humiliter
cum instantia supplicavit quatenus privilegia sua sibi
Predecessoribus suis Patriis et Ecclesiae suae Aquilegen.
a Divis Predecessoribus Nostris Imperatoribus, et Regibus
Romanis concessa, et contenta in ipsis, nec non omnes
libertates, immunitates gratias, et indulta super quibuscumque

gratiis

gratiis, iuribus, et rebus infenius denotatis quae visi sunt habenis et gavisi approbare ratificare, authorizare innovare, confirmare, et denuo concedere authoritate Caesarea dignaremur, praesertim cum tui Praedecessores nonnullos Terras, Castra, iura, et Dominia per violentiam, et iniuriam amisissent et plura Privilegia ex vetustate abolita, et quaedam ex negligentia perdita, quaedam rupta. Verum dum eiusdem Principis nostri probitatis et indefessae virtutis constantiam accurate respicimus, denique ad suam fidei diligentiam, et labores eximios quibus pro nostri et sacri Imperii desudavit honoribus, aciem nostrae mentis dirigimus, profecto ad ipsius Aquilegensis Ecclesiae instaurandos profectus et commoda tanto fortius animamur quanto ipsa antiquitas prae caeteris Ecclesiis nobile membrum Imperii comprobatur: tantoque ipsius Patriarchae desideriis promptiori exauditionis assensu facimus, quanto ipsius virtutem, et fidem experimento praesentimus notitia clariore. Nos igitur zelo purae dilectionis accensi praemissa sinfadius intuentes ad gloriam Dei, et Genitricis ipsius Beatae Virginis gloriosae, in cuius honorem dicta Aquilegensis Ecclesia dicatur dignoscitur animo deliberato, non per errorem, aut improvide sed Principum, et Procerum nostrorum accedente consilio omnes liberales gratias et indulta, nec non omnia, et

singula

et singula Privilegia ~~[illegible]~~ Marquardo, et Praedecessoribus suis
Patriarchis, et eidem Ecclesiae Aquilegien. ~~[illegible]~~ a Nobis aut Prae-
decessoribus Nostris nostris Divis Imperatoribus et Regi-
bus Romanis concessa et concedenta, tenores, ac si de verbo
ad verbum forent inserta praesentibus, et cum omnibus
et singulis clausulis, punctis, et articulis nominatim
et specifice denotata super quibus omnibus Principati-
bus, Dominiis, Terris, Territoriis, Districtibus, fortilitiis,
et castris, munitionibus, omnibus bonis, possessionibus
praediis, iuribus, praediis altis et bassis, iurisdictionibus,
honoribus, libertatibus, monetis cudendis, Notariis publi-
cis, et monetariis creandis, iurispatronatibus, servitiis — leg: iuribus patronatus
praestationibus, immunitatibus, gratiis, largitionibus, exem-
ptionibus, donationibus et concessionibus a Nostra Celsi-
tudine, vel Praedecessoribus Nostris donata vel concessa
sint, aut etiam confirmata, nec non super castris, munitio-
nibus, terris, iuribus, rebus et bonis, in quorum et qua-
rum possessione olim Patriarchae aut Ecclesia Aquile-
giensis est per iniuriam aut violentiam destituta, innova-
mus, ratificamus, authorizamus approbamus, ex certa sci-
entia affirmamus, ac de novo de speciali gratia concedi-
mus, et largimur, de Imperialis plenitudine potestatis decer-
nentes, quod de Castris, districtibus, possessionibus et bonis

praedictis

Principatus detentis vel quomodolibet occupatis, quibuscunque nominibus appellentur, iniusti et malae fidei possessores a diversis praedictum Principatum eorumque successores nos Patriarchas, Ecclesiam Aquilegiensem bona et iura huiusmodi; nullo se possint longi, vel longissimi temporis praescriptione tueri, ac supplentes omnem defectum, si quis in literis et Privilegiis Praedecessorum Nostrorum Imperatorum et Regum recolendae memoriae aut etiam in praesentibus nostris literis compertum fuerit [illegible] obscuritate [illegible] malae interpretatione seu ex generalitate verborum, [illegible] de praedictis iure vel consuetudine deberet fieri in specie mentio specialis de certa scientia [illegible] de [illegible] Imperialis plenitudine Potestatis [illegible] non obstantibus legibus [illegible] iuribus aut consuetudinibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostrae approbationis, ratificationis, authorizationis, innovationis confirmationis et novae concessionis, decreti, defectus, suppletionis paginam infringere, seu ei quovis ausu temerario contraire sub poena XXXXX. marcharum auri purissimi quas ab eo qui contrafecerit toties quoties contrafactum fuerit irremissibiliter exigi volumus, et earum medietas nostri Imperialis aerarii fisci, residuam vero

partem

partem dicto Patha et Successoribus suis et Ecclesie Aquilegeñ usibus decernimus applicari.

Signum Serenissimi Principis et Dñi Dñi Karoli Quarti Romanorum Imperatoris Invictissimi, et gloriosissimi Boemie Regis

Huius rei testes sunt Ven. Maza Gerlacus Ecclesie Vienen. Archiepus ~~[illegible]~~ Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Varalcano - ...... Archiepus, Sacri Imperii per Galliam et per Regnum Arelaté Archicancellarius. Illustris Rupertus Senior Comes Palatinus, et Sacri Imperii Archidapifer, et Bavarie Dux, Rodulfus Dux Saxonie Sacri Imperii Archimarescalchus. Otto marchio Brandeburgen. Sacri Imperii Archicamerarius Principes

Ioannes Olmicensis Imperialis Curie nostre Cancellarius. Ioannes Argentinus, Lampertus Spiranen, Petrus Ulixbonen Aptice Sedis Nuntius, Ioannes Brixinen, Ioannes Avanarien Girardus Nuetoburgen, Ioannes Basileensis, et Petrus Eurgen, Uielmus marchio Ulixinen, Henricus Otto Lantgravius Assie et ..... Federicus Nurenburgen. Burgardus de Varanen, et Ioannes Madeburgen Burgravij

gravii, Rodulphus ~~[illegible]~~ Ioannes de Nassau, et Bernardus ---- ---- ---- ---- ---- ---- ---- ---- ---- ---- ---- ---- ---- Ldus Lantgravius ---- ---- ---- ---- ---- ---- Ldus de Annale, Ulricus de Hyffestin, Ludovicus Senior, et Ludovicus junior de Ottogrinens, Erardus et ---- ---- ---- ---- comites. Nobiles Simon de Lutzemberch, Ulricus de Anan: Philippus de Valcostin, et Henricus de ---embergh ---- ---- ---- ---- ---- ---- ---- ---- ---- ---- ---- ---- ---- magistri Camere nostre et alii plures nri, et Imperii sacri Principes, Comites, Proceres, Nobiles, et Fideles presentium harum Imperialis nostre Camere vel majestatis sigilli testimonio litterarum.

Dat Franckfort super Moganum. Anno Dni Millesimo tricentesimo sexagesimo [illegible]. Indictione IV. VIII. Septembris. Regnorum Nrorum. Anno XXII.

ex membran. DD. Eclloreñ C. Fori-Iulii.

# Marquardi Patriarchæ Aquilejen.

In xpi noie: Amen. Nos Marquardus Dei gra sanctę sedis Aquilegen Patha Arbiter Arbitrator, et amicabilis compositor, nec non Iudex ab infrascriptis ptis electus spaliter et assumptus super causa, seu causis, differentiis, et discordiis vertentibus, seu qua verti et esse poterant int. Venabilem in xpo frem et Suffraganeum nostrum Guidonem Dei gra Concordien Epum, suo et sue Concordien Eclesie noie ex pte una petentem, et dilectos fideles viros nobiles Nicolaum et Ricardum fres filios qdam nobilis Zanfini de Prampergo p se, ac vice et noie Mathiussii nepotis ipsorum, pro quo ibidem pmiserunt et se et bona sua obbligaverunt de rato ex pte altera se defendentes, noie et occone Castri et Burgi de Cusano, ac iurium iurisdictionum, et ptinentiarum quarumcunq. ad ipsum Castrum et Burgum quovismodo spectantium, que omnia dictus Epus suo et dce sue Ecclie noie petebat sibi restitui, et dimitti per dcos de Prampergo cum dampnis, expensis, et interesse, ac cum usufructibus diu inde perceptis, et qui percipi potuerunt; Et occone custodie dci Castri, et Burgi atque occone expensarum p dcos de Prampergo factarum, tam circa conservationem, et custodiam, quam etiam reparationem Castri et Burgi predictorum, Quas quidem expensas pfati de Prampergo p se et nepote eorum pdco a pfato Epo, similiter postulabant. Necnon occone cuiusdam compromissi, et sententie arbitrarie, ut ut dr late p. 60. me. Dnum Nicolaum Patham pdecessorem nostrum sup dco Castro Cusani et eius ptinentiis, atque pene in compromisso ipsius predictas: ioris sive inserte; ac etiam occone dapnorum omnium et expensarum hinc inde p ipsas partes factarum occone pmissorum seu dependentium ab eisdem, atque omnium et singulorum que ipse partes sibi invicem dicere, seu petere, quomodo= libet

libet peterent contra predictos seu dependentibus ab eisdem, prout in
presenti parte de compromisso in nos facto, et auctoritate nobis in premissis
per ipsas partes attributa, aliisque superscriptis instrumento publico inde
scripto manu Iohannis Guberti(?) nostri Vortalis(?) aule nostre
sub instantibus millesimo, et indictione, die
et seriosius continetur. Visis, auditis, et diligenter examinatis plene
notis, universisque iuribus, rationibus, et causis partium
predictarum, ac iis omnibus que ipse partes sibi invicem dicere, petere
seu requirere quomodolibet voluerunt, in premissis, et quolibet
premissorum, tam oretenus, quam in scriptis, presentibus ibidem ipsis
partibus, et ad presentes diem, horam et locum, ad hanc nostram diffinitivam
audiendam sententiam per nos citatis, ac cum instantia
sententiam per nos ferri huiusmodi postulantibus. Volentes
pro statu benivolo et amicabili ipsarum partium, causam seu
causas, differentias et controversias omnes huiusmodi, potius
amicabiliter, et de plano, quam ex iuris rigore decidere,
et fine debito terminare, participato sapientum consilio
et illorum(?), ac matura, inde per nos, deliberatione prehabita.
Christi nomine invocato, a cuius vultu cuncta recta prodeunt iudicia,
in his scriptis, ex auctoritate, et arbitrio, nobis per dictas partes
ut premittitur attributis, dicimus, sententiamus, arbitramur, ac
diffinimus. Primo quod ipse partes sibi invicem remittere debeant
omnes iniurias, et offensas, quas sibi invicem hactenus quomodolibet
intulissent, ita quod ipsis iniuriis, et offensionibus non
obstantibus ipse partes in pura amore continue remaneant
et perseverent; et insuper prefate partes, faciant sibi ad invicem
plenam et perpetuam finem, remissionem, et quietationem,
ac pactum de ulterius aliquid non petendo, sub de pena
compromissi, et sententia atque lata, quam de omnibus
et singulis, que partes predicte sibi invicem, ex causis premissis,
vel dependentibus ab eisdem quomodolibet spectare et pertinere,
Ubertumque(?) de Brampergo(?) in ipso Castro, et Burgo, eiusque
pertinentiis, et iuribus nullum ius penitus habuisse, habere, vel
obtinere (si vero ius aliquod in dicto Castro, et Burgo, vel eorum
pertinentiis, eisdem de Brampergo, vel eorum progenitoribus competiisset
dicere, vel petere possent usque in presentem diem (salvis tamen hiis, que in hac
nostra presenti sententia, ulterius dicere, et sententiare intendimus inter ipsas partes quas
ibidem ipse partes, sibi invicem, expresse fecerunt, et eciam benivolo approbamus. Item
dicimus, sententiamus, arbitramur et declaramus ipsum Castrum Cupani(?) cum Burgo, omnibus
iuribus, et pertinentiis suis ad ipsum dominum Comitem, eiusque Generalem mensam(?) Concordiam, pleno iure
spectasse, et pertinuisse, ac spectare

competiisset, vel competeret, quovis modo, ordinavimus per
hanc nrãm sententiam; qd pfati de Prampergo p se et dño eorũ ra=
tione, eidem Epõ p se, et Successoribus suis, ac dicta sũa Epali
mensa Concordiam recipiente, statim et ex nunc, illud cede=
re debeant, et totaliter resignare; qui pfati de Prampergo
ibidem et in instanti sponte, et expsse cesserunt, et resigna
verunt totaliter ut pfertur. Quibus quidem attentis, volu=
mus, et mandamus, quod dñi de Prampergo, Castrũ pdictum
cũ Burgo, fortaliciis, et omnibus iuribus, et ptinentiis suis,
nec non cum omnibus mansis, molendinis, Territoriis, et posses=
sionibus ad ipsũ Castrũ spectantibus, atque ipsorũ bonorũ offi=
tibus isto anno debitis, et in pfuturũ debendis, debeant ipsi
Epõ, vel eius certo nuncio, libere et expedite, recepta tamẽ
vel depositata pecunia infrascripta, put et sicut inferius
continetur tradere et efficaciter assignare, usq per totũ men=
sem Julii pxi nunc venturi, ita qd interim non debeant
devastare, vel aliquatr deteriorare ipsũ Castrũ, vel de ptinen=
tiis ad eũ, nec etiam aggravare massarios, nec ab eis fic=
tus aliquos p pnti anno debitos, seu p futuris debendos tem=
poribus petere, vel exigere quoquo modo. Fictus aũt pteritos
exigere possint à massariis confitentibus debita, et affictus.
Hoc tamen adjecto, qd de territoriis pdcorũ Nobilium sumptibus
laboratis, possint recolligere bladam, et fructus ipsorũ pro
anno pnti duntaxat. Et insuper habeant, et pacifice pos=
sideant omnes mansos, territoria, possones, et bona que ad
dictos de Prampergo, et non ad dictũ Castrũ spectare nos=
cuntur, ita qd pnti nrã non obstante sententia, ac dñi Epi,
ac successorũ suorũ non obstante contradictione, suam
de bonis huiõi, facere possint, omnimodam voluntatem,
Postquam quidem traditionem, et assignationem p pdcos de Pram
pergo, de pdcto Castro, et eius ptinentiis libere et expedite
ut premittitur factam, nullus eorũ amplius, ullo unquam
tempore, audeat, vel psumat p se, vel aliũ, seu alios
directe, vel indirecte, publice, vel occulte pdcũ Epum, et
Epalem mensam Concordiam in et sup dicto Castro, Fortaliciis,
mansis, molendinis, territoriis, possessionibus, iuribus et ptinentiis
suis

suis quibuslibet, seu eorum possessione quovis modo molestare,
perturbare, inquietare, seu quomodolibet impedire, sed ipsos
Epum, et Capitulum mensae in possessionem suam possessione quieta, et
pacifica permittere; et quantum in eis extiterit conservare.
Item dicimus, sententiamus, et arbitramur, quod praefatus
Epus usque per totum mensem Iulii primum supradictum,
teneatur et debeat eisdem de Pramperg pro se et dicto eorum
nepote, tum pro expensis factis per eos in conservatione, custodia
et reparatione dicti Castri, tum etiam pro fictu dicti praesentis
anni, ipsi Epo solvendis, ut supradictum est, duo millia quin-
gentas libras veronen. parvorum dare et solvere, ac in Ca-
stro nostro Sti Viti efficaciter assignare, seu ipsam pecuniam quanti-
tatem in manibus nostris vel alterius, quem ad ipsam recipien-
dam pecuniam deputandum dixerimus, deponere, forma
tali videlicet, quod facta assignatione dicto Epo, vel eius certo nun-
cio per eum ad hoc deputato, vel deputando de dicto Castro cum
pertinentiis suis totaliter ut praefertur; praefata pecunia, nominatis
de Pramperg statim, plene, et integre detur, ac absque
difficultate qualibet assignetur. Item sententiamus, ar-
bitramur, et definimus, quod praefati de Pramperg de restituen-
do dictum Castrum in termino supradicto, et alia observando
quae in praesenti nostra sententia continentur, praestare statim debe-
ant bonam et ydoneam cautionem! Reservantes nobis
de voluntate ipsarum partium, huic reservationi ibidem
expresse consentientium auctoritatem plenariam et bayliam,
declarando, et dilucidando ulterius in premissis, et quolibet
premissorum, ubi inter dictas partes obscuritas seu dubietas aliqua
oriretur: Et hoc hinc ad festum Nativitatis Dni proxime venturum,
ad quam diem compromissum in nos per ipsas partes factum de
eorum unanimi voluntate, et consensu duximus prorogan-
dum. Et hanc quidem nostram sententiam mandamus sub poena in
compromisso predicto in nos facta adiecta, per omnia à praefatis partibus
inviolabiliter observari. Quam quidem sententiam, et omnia in
ea contenta praefatae partes communiter, et concorditer, ac sponte ac
expresse, ratificaverunt, affirmaverunt, et ibidem in omnibus
approbarunt. Ubi quidem nominati de Pramperg iuxta
dictam latam sententiam, cautionem huiusmodi praestiterunt per ipsum dnum

dnum nrm Patha, qui eorum pcibus, et instantia ad Castri pdti assignatiem faciendam, ipsique ad pfixum terminum, ad omnibus iuris et ptinentiis suis, ut supius exprimitur, aliaque omnia superius adimplenda, etc., ibidem expresse, et libere obbligavit.- Et preter hoc pfati de Prampergo pmissis omnibus observandis, et efficaciter adimplendis ibidem obbligaverunt, tam ipsi dno Patrie quam etiam dno Epo pfato omnia eorum bona, mobilia, et immobilia, pntia, et futura:..

Lecta, lata, et in scriptis pnunciata fuit p supdtum dnum nrm Patham supdta sententia, supdtis ptibus pntibus, et sponte ac expresse, sententiam huiusmodi affirmantibus, amologantibus, ac in omnibus approbantibus. In Civitate Austria Aquilegen. dioc. in Patriali Palacio in camera cubiculari supdti dni Patre. Pntibus Venabilibus et sapientibus viris dnis Ottobono de Ceneta Civitaten. ecclie Decano, Thomasino de Forlivio Aquilegen. et Civitaten., et Nicolao Homo Civitaten. et Utinen. ecclesiarum Canonicis, Iohanne de Monticulis de Verona, Raynaldo de la porta de Vincentia, et Rolandino de Ravanis de Regio iuris utriusque peritis, Nobb. et prudentibus viris dnis Bertholdo de Hoeneck supdti dni Patre Marschallo, et Curie Magro, Nicolao nato dni Andree de Fanna, Guillo et Nicolussio de Ragonea familiaribus eiusdem dni Patre, Rodulfo de Portis, Iacobo dne Balende, Iacobo Bnardi, Iacobo Hermanni, Maffeo et Mario notis omnibus de Civit. Austr., Missio de Remanzaco, Francisco Valentini, Martino de Pasna, Iohe Eubertini noto Patriali, et Nicolussio Baldane Apothecario de Utino, testibus et aliis pluribus. Sub Anno Dni Millo, trecentesimo, septuagesimo primo, Indictoe nona, die vigesimooctavo Iunii:..

Et ego Odolricus qdam Andree de Utino Aquilegen. dioc. Impiali aucte notus publicus, supdictique dni Patre Officialis et Scriba, pmissis sententie, plationi, pronunciationi,

et diffinitioni, ceterisque omnibus, suprascriptis interfui, et rogatus scripsi ac fideliter publicavi, meo hic signo apposito consueto.

---

Ap. DD. de Strasoldo in Tamnich.

Millo. iijc. LXXVI. Indict. IIII.

Generale colloquium celebratum in Thinello Castri Utini die Iovis. die XXIII. mensis Aprilis. per Reverendissimum in Christo Patrem et Dominum nostrum Dominum Marquardum Dei gratia Sancte sedis Aquilegensis Patriarcham. in quo quidem interfuerunt infrascripti Prelati, Nobiles et Communitates videlicet Reverendi Patres Domini Pileus Episcopus Paduanus. Guido Episcopus Concordiensis. Venerabiles Viri Domini Michael Sextensis Abbas. Guitto Decanus Aquilegensis. Georgius de Papia in spiritualibus dicti Domini Patriarche Vicarius. Ottobonus Decanus. Bibilinus Canonicus Civitatensis pro dicto Capitulo.* nec non nobiles et prudentes viri Domini Iohannes de Monticulis iurisperitus ipsiusque Domini Patriarche in temporalibus Vicarius. Franciscus et Paganus milites de Savorgnano. Simon miles de Valvasone. Nicolussius et Maynardus de Villalta. Pileus et Bartoldus de Murucio fratres. Articalus de Prata. Simon de Cucanea. Pregonia de Spegnimbergo. Nicolussius de Prata. Rizardus et Paterus fratres ac Bernardus de Strasoldo. Nicolaus et Simon de Pramperg. Doymus de Castello. Salonus de Savorgnano. Bartoldus de Manzano. Pregonia de Stroglavaucha. Iohannes de Moreto. Hector de Pulcinicho. Nicolussius de Castellerio. Franciscus Arcolloni Capitaneus, Nicolussius Or-

*. Nicolussius Plebanus Porpeti et Canonicus Civitatensis pro dicto Capitulo.

tia

biti pro Coe Utini. Nassinguerra de Pegedis Castald. Rodulphus de Portis pro Communi Civit. et Utinis de dicta Civitate. Dni Iacobus et Coledus pro Communi Glamone, Iacobus [illegible] pro Coe Venzoni. Odoricus de Tricano. Nicolaus de Maniaco Nicolussius de Castilerio. [illegible] beni de Savito. Boza de Trigsio. Guidotus not. pro Communi Sci Viti, et alii q. plati, notabiles, et Comitatus in multitudine copiosa.

Primo propositu fuit in facto hujus guerre, et maxime in adhibendo ordine in facto Portunaonis, ut ad ipsum homines se disponant.

et consilium gnalis colloquii habeat definire cui plena affuit attributa Potestas.

Super facto reconciliandi ordinis iudiciarii ut talis ordo ponatur quod cavillationes capiant et Justitia cum bona voluntate reddatur

Q. q. plati, nobiles, et Comitatus — — sic eligantur qui examinant, et demum ordinent in premissis et eo adhibito — — — mittatur p terras et castra. omnibus examinatis, colloquium fiat — — —

Super querela Dni Simonis de Valvasono contra illos de Spegilgo pro facto aque.

Quod

Quod Consilium gnalis Colloquii ordin... ponat et ita ibidem dictus Dnus Simon et Bargonea filius dni Walter... de Spegn... pro dicto pre suo ibidem expresse in manibus dicti Dni Patre ... presentem hoc vano, quicquid per Dnum et Consilium ... et observare treuga... + ordinatas, usque... festum Sci Michael...

Super his lectis ibidem desiderasset Dnum Imperatorem de investiri ... feudorum et Regalium Reipublicae lucane.

Diffinitio quod regracietur Dno Imperatori etc.

Super propositis pro Bocce contra illum de Spezimontis qui fratrem detinet indebite captivatum...

Super requisitione facta pro Dno Bona, ut Capitaneo Iustitiae respondeatur inveniatur eidem iuxta concessionem eidem factam per Dnum Lodovicum, ...

Super propositis pro Collectum de Porugnario contra illos de Porugnario.

Super propositis per Hennenum de Ivicano de ... pro Federicum de Colorato contra Lucam Sce Marie.

Super propositis pro Dno ... de Manzano contra ...ghisis qui pecuniam ipsius equi neggane.

Super propositis pro parte Dni ... de Spezimontis contra Bosso occupantem locum cum Iustitia indebite.

Die xxiiii

Consilium gnale Colloquii | Die xxiiii. Aplis, predicta partita fuerunt deliberata in consilio gnali Colloquii congregato in Camera Aquilam Palatii Capli Utini, in quo quidem consilio interfuerunt Reverendi Dni Dni Pileus Pictavin ... Guido ... Decanus Aquil. Abbas ... Sapientes VV. Dni Iohes de Montealis et Iacobus de Glemona ... Nobiles VV. Dni Franciscus de Savorgnano et Simon de Valvason. Simon de Cucanea, Nicolussius et Raymundus de Villalta Paleus de Mimeno, Bergonea de Sbroglavacha Petrus de Spilimbergo. Fridericus de Colloreto. Dominus de Cappello. Bergonea de Spegnimbergo filius Dni Bertholdi. Simon de Prampergo. Rodulfus de Portis, Iacobus Hermani de Civit. Aust. & Nicolussius Orbiti et Henricus Balthasii de Glemona.

Sup iusticia summaria reddenda | Sup ordine adhibendo p iudicio et summaria iusticia reddenda in Patria, diffinitum fuit qd eligantur p Dno et cons. de Patria viri prudentes, qui videant et examinent diligenter ea, que ad ista fuerunt et notata p summaria iusticia reddenda tpre b. me. Dni Nicolai Patre, et adhibeant quod melius viderint ordinem in premissis, et diffiniant.

Electi p p Dno nro Patre, et p aus | Dni Leonius Iohes de Montealis et Iacobus de Glemona

Electi pro Prelatis | Dns Raymundus de Laona. Electi p

Electi pro Nobilibus. | Dnus Simon -- Avocatus
| D. Andr. -- -- Attamus.

Pro Consiliis — Et eligi debent duo pro Aprili -- duo pro Marzo, duo pro [illegible] et duo pro [illegible].

Capitanei electi tam a nobilibus et aliis Pattie armigeris pro manentiis in Pratta et Porcillais.

Capitaneus armigeris debent stare in Pratta, Dnus Simon de Valvasone.

Capitaneus Sancti in Porcillais, D. Bzona de Sbroglavacha, vel [illegible].

Super concessione Dni Simonis de Valvasone et illo de Spegn.

Primo super ducta aquae Tulmenti a loco Valvason, diffinitum fuit per Dnum Patrem, et totum Consilium, [illegible] fidelibus Dno Simone de Valvasone ex una parte, et Bzonea filio Dni Valfrisi de Spegn et pro Ambrosio officiante in Spegn, tanquam procuratore eiusdem Dni de Spegn ex parte altera, quod nunc etiam futurum, in casu quolibet necessitatis idem Dnus Simon, possit de aqua Tulmenti accipere, seu accipi facere ubicumque comode poterit, et alibi pro ordinarium recipi, prius tamen postulata et requisita auctoritate et licentia

dicti Dni

dicti Dni Pattri ex curia remotum, quandam licentiam, dictum Dni Patthensi ex... Dni Simonis illam planariam exhibuit, atque dedit, cum hoc tamen, quod si dicto clavariatui, quam quo fiendum esset, aliquid impetrare ... de Spegnimbergo vel ... tunc ... dictum Dni Simonis ... ad examinationem dicti nobilis Veronensis non ... per eundem Dnum Patthem, et ... infra XV dies ... per dictos de Spegnimbergo super hoc existente requisitus.

alibi ... per ordinem.) M. IIIC. LXVIIII. Indictione VII.

Die XXII. Decembris. Utini in Patthali Palatio in camera cubiculari eiusdem Dni Patthe.

Confirmata fuit diffinitio supradicta per eundem Dnum Patthem et totum Consilium Colloquii generalis.

Super aquam ..., alias ..., Dni Maynardus de Villalta, et ... de Cucanea, qui debent videre totum factum, et referre.

Super aliis ... vel ortis vel oriundis inter ... et ... utriusque, quilibet ... iura sua, coram Dno Pattha, vel cui commiserit, et quod nullus faciat de facto.

Diffinitum etiam fuit ... Facto ... quod ...

qui ...

qui illud Caput ... sententia ... in illis de Spa=
gnitbergo ... arbitrariis ... hoc omni, quod ... Patha et ... Colloquium ...
... remittere, et ... observare ab ...
... Ludovico Patha
... diximus ...:

Idem vero ... dicit, quod non ... obs=
servare dicitur arbitrariis ... de Spegnitgo, ... infra terminum debitum ...
... adimpletas.

---

extr. D. Carolo Fabrizi. N.B. Utinen. inst. fol. 133.

Nos Marquardus ... Patha ... Serenissimi Prin=
cipis Principis Domini nostri Domini Karoli Divina favente Clementia Ro=
manorum Imperatoris semper Augusti, et Boemie Regis Commissarius
ad infrascripta deputatus. Universis et singulis Serenissimis, et Illustribus ...
Regibus ... Principibus ... Electoribus Imperii Sacris et secularibus
... Ducibus ac spectabilibus, et Magnificis Marchionibus Comitibus
Baronibus, ac Nobilibus, Iudicibus, Civibus, Curatoribus ac Univer=
sitatibus Regnorum, Principatuum, Ducatuum, Marchionatuum, Com=
itatuum, Provinciarum, Civitatum et Locorum, quos atque Sacri Imperii
... complectitur. Nec non nobili Barnaboni de Vicecomi=
tibus Mediolani in infrascriptis Imperialibus litteris expressis notato
et ipsius Barnabonis Colligatis, Fautoribus, complicibus adherenti=
bus, et sequacibus in infrascriptis quovis modo, ac aliis quibus cunq.
quos tangit negotium vel tangere poterit quomodolibet in fu=
turum ... litteras patentes ... Serenissimi Domini
nostri Karoli Imperatoris ... Majestatis Sigilli
appensione munitas, non viciatas, non cancellatas, sed sanas
et integras, ac integras et sanas, omnique vitio, et suspitione ca=
rentes

rantes, nobis per dictum Domini nostri Imperatoris nuncium praesentatas, et praesentatis, cum ea qua decuit reverentia nos recepisse noveritis tenorem qui sequitur continentes.

Karolus Quartus divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus et Boemiae Rex. Universis et singulis Regibus, Principibus, Electoribus Imperii ecclesiasticis et saecularibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Iudicibus, Civibus, Iuratis, et Universitatibus Regnorum, Principatuum, Ducatuum, Marchionatuum, Comitatuum, Provinciarum, Civitatum et Locorum, quos et quae sacri Imperii latitudo complectitur, fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum etc. Quarum litterae et originalia, ut plenior et verior fides, ac notitia clarior adhibeatur, cum praesenti nostro edicto publico officiis facimus, et in praesenti nostro edicto inserari iussimus. Quibus praesentatis litteris et processibus Imperialibus, ut praemittitur, receptis fuimus per praefatum Dominum nostri Imperatoris nuncium cum instantia requisiti, ut ad ipsarum litterae et processus Imperialium executionem procedere deberemus. Nos vero Marquardus Patriarcha Aquilegiensis Commissarius praefatus ipsarum litterae, et processuum Imperialium tenore diligenter attento cupientes, ut obedientiae filius ad ipsarum litterae et processuum Imperialium executionem procedere, ut tenemur Vobis praefatis Serenissimis et Illustrissimis Regibus, Principibus, Electoribus Imperii ecclesiasticis, et saecularibus, Ducibus ac Spectabilibus et Magnificis Marchionibus, Comitibus, Baronibus, ac Nobilibus Iudicibusque, Civibus Iuratis, ac Universitatibus Regnorum, Principatuum, Ducatuum, Marchionatuum, Comitatuum, Provinciarum, Civitatum, et Locorum, quos atque sacri Imperii latitudo complectitur, nec non praefato Barnaboni de Vicecomitibus Mediolani, ipsiusque Barnabonis complicibus, fautoribus, colligatis, adherentibus et sequacibus praemissa omnia et singula in praefatis litteris et processibus Imperialibus contenta denunciamus, intimamus, et etiam publicamus, ac in infra Missarum solemnia in nostra Aquilegiensi ecclesia die festo cum populus frequentius con=

curreret

carnis ad divina facimus sermone vulgari, et materna lingua Patria solemniter publicare: et ad vestram, et uniuscuiusque vestrum notitiam per has nostras presentes Edictum in foris, plateis nostre Aquilegensis Civitatis ac B. M. Civitatis Austrie S. M. de Utino Civitatum, et nonnullarum aliarum Civitatum foris et locis nostre Aquilegensis Diocesis duximus affigendum. Harum sub nostre specialis Curie Aquilegensis impressione sigilli testimonio litterarum. Dat. in Terra nostra Portusgruarii Anno Domini Nativitatis M. CCC. LXXII. Indict. X. die Lunis ultimo Septembris. ~~

---

ex Autographo

---

Ex proprio D. Can: Fabrizi [illegible] sequens ab eo signatum n.° 36.

Marquardus D. G. Sancte sedis Aquilegensis Patriarcha Dilectis et fidelibus nostris prudentibus --- Capitaneo, Consilio, et Communi Terre nostre Utini gratiam nostram et omne bonum. Ad prudentie vestre augmentum curam Principem decet quamlibet Presidentem, et illis gratanter prebere assensum quorum est vox iusta postulatio, nam nobis [illegible] non det, per concessionis munus [illegible] non patitur detrimentum quoniam vires et [illegible] nostre utilitatibus applicamus per patria liberalitate concedimus, arbitrantes vires et [illegible] nostre facultates ac ditius augmentari, ut [illegible] nostre [illegible] quanto ut fructus, ut nostrorum fidelium virtus melius eradi [illegible] que remuneratas non sequestrantur a premio. Sane vestris supplicationibus patriis affectibus annuentes vobis quibus meritorum remuneratione, que iustum prodit [illegible] cuiuslibet dominantis [illegible] prebere cognoscimus. Attendentes multiplices laudabiles, et continuatos labores vestros, et [illegible] nostrorum passos ex [illegible] ab ipsius Terre nostre Utini fundatione citra pro conservatione libertatis honorum, et [illegible] nostrorum [illegible] nostre et [illegible] [illegible] personarum perditionibus et ipsarum captivitatibus expensis incomodis, et quibuscumque dispendiis laboribus non parcendo sicut res ipsa retroactis temporibus demonstravit feliciter, et demonstrat in guerra presenti inter nos [illegible] nostras, et nostros subditos et fideles ex una, et Ducem et Comune Venetiarum ex altera vigente ferociter et ardenter et quos [illegible] parati non dubitamus [illegible]

[illegible]

cum opus fuerit servantiis in futurum nundinas privil liberas, ac generales, atque forum perpetuo sine ulla solutione alicuius mute, datii pedagii, vel gabelle vel alterius exactionis, et gravaminis cuiuscumque ex Terra nostra Utini anno quolibet celebrandas usque Sijpo Cormoni versus dicte Terre nostre Utini diebus quinque continuis, videlicet in dia beate Catarine Virginis, et duobus diebus immediate precedentibus et duobus sequentibus durante tempore duraturas ad Dei laudem et gloriose Marie semper Virginis, Sanctorumque Hermacore et Fortunati Patronorum nostrorum, et beatissime Virginis Catarine totiusque celestis curie reverentiam et honorem, ac statum prosperum memoriam perpetuam et laudabilem nostram lucte nostre, et successorum nostrorum, et Terre nostre Utini perpetua gloriam et augmentum nostro successorum nostrorum, et lucte nostre nomine, atque nobis lucte, et successoribus nostris de certa scientia, et multorum nostrorum fidelium participato consilio, ac de nostra plenitudine potestatis nobis et successoribus nostris, ac dicte Comitati nostre Utini damus concedimus libertatem, et in perpetuum, et largimur presenti nostro Privilegio decernentes et libere concedentes quod ad ipsas per nundinas atque forum accedere possit, et valeat impune libere et secure cum personis et bonis omnium mercimoniis omnibus atque rebus. Omnes et singuli exceptis tamen proditoribus, et rebellibus nostris, et lucte ac dicte Terre nostre Utini, et iis qui non sunt conversione digni fidelium, videlicet latronibus, furibus, predonibus, falsariis, hereticis, et bannitis generalibus nostris vel dicte Terre nostre Utini et ceteris quos nigra polluit infamia, quorum nolumus admittere fedari, quos omnes et singulos exceptis omnibus supradictis, ut ad dictas nundinas sive forum venire gratanter valeant atque possint libere, et secure cum predicta et debere volumus invitare. Quapropter ut malefaciendi in ipsis nundinis atque foro via omnibus ut preclusa et ad prefatas nundinas accedentes tutiori possint securitate gaudere custodiam Regimen, et gubernationem nundinarum ipsarum et fori, ac in omnes punitiones, condemnationes et correctiones atque emolumentum iurisdictionis delinquentium in eisdem, nostro successorum nostrorum, et lucte nostre nomine, supradictis

---- Capi---

. . . . Capitaneo nro Utini, qui nunc e et qui p tpre erit nro
et successorib. suis ceterisq temporib. in futurum, ut ipse Capitaneus nro
noie, et Successorum suorum atq. Ecclie nre custodiat, regimen et gubernatione
nundinarum ipsarum, et fori ac in eis punitiones, condempnationes et cor-
rectiones, atq. omnimodam iurisdictione in eis facere debeat, et plenius
exercere licite concedimus et committimus p ptes, hac conditione
adiecta, videlicet qd si Marscalchus nr qui nunc est, et qui p tpre
erit ac Successorib. suis aderit in futurum dcis nundinis atq foro
voluerit interesse hoc casu facere possit p sue libito voluntatis, eandem
tn exercendo iurisdictione in ipsis nundinis, sive foro, et non aliam
quam in nundinis sti Martini et aliis Pntie nre nundinis ab an-
tiquo concessis p nros Predecessores exercere nr Marscalchus, et
suorum Predecessorum est renovatus temporib. consuetus. Mandamus ergo
districte nris et singulis Potestatib. Capitaneis Gastaldionib. Rectorib. ac
aliis Offalib. quibuscunq. ac ceteris nris, et Ecclie fidelib. qts nun-
dinas huiusmodi, sive forum, modo premisso celebrandas ptm et qtm p
dcm nrm Capitaneum, nrosq fideles Tre nre Utini [illegible] faciant et.
quibus in omnib. plateis et foris voce preconia pclamari faciant
et pu.ce divulgari iuxta concessionis nre pfate continentiam et
tenorem. In quorum testimonium pntes nras lras fieri fecimus
nri pendentis sigilli munimine roboratas. Dat in Castro
nro Soffimbergi. xv. die mt. Novemb. An. Dnice Nativit.
M. CCC. LXXX. Indict. III.

De mand. Dni
N. Zirkinus Cancell.

Ex Autographo.

Ex Abbreviaturis
Johannis notarii q.dam S. Guitti
de Vanustis de C.A.
scriptis
An. Dni. M.CCC.LXXVIII.

sic
"Copia literé Dni Patriarche.

Marquardus Dei Gratia sete Sedis
Aquil. Pattra.

Dilecte nob. Mandamus tibi qtz publice procla=
mari facias, quod nullus undecunque sit, audeat
ire versus Venécias, Fatisanam, et alia quecun=
que loca inimicorum cum aliquib. merimoniis
victualib. sive rebus, nec ab inde redire sub
péna perditionis omnium predictorum, que
portaret. Quorum médietas nobis, et Cameré
nostré, alia vero recipientibus applicetur.
Dat. in Castro nro Utini. die XVIII. Octobris
Indict. Prima.

Mansio vero talis ē.
Dilecto nobis Iacobo Hermani Castal=
=dioni nro, nre Civitat. Austr.

Dié. XX. mes. Octob. in C.A. sup platea mear.
pp. Lupoldo q.dm Ottoboni, Magro Pedro sco=
larum. Francisco Giroyco not. de C.A. et q.
etat.

# Marquardi
## Patriarchae Aquilejensis.

Ex Epistola chart.a servata
in Tabulario Civitatis Austr.

Extra./ Dilectis Fidelibus nostris -- Castaldion
Provisoribus Consilio et Communi
nostre Civitatis Austrie

Intus./

Marquardus Dei gratia
Sancte Sedis Aquilegen Patriarcha.

Fideles carissimi. Pro parte dilectorum in xpo filiorum -- Decani, Canonicorum et Capituli Ecclesie nostre Civitatis Austrie, querelam noviter suscepimus, quod vos contra certos eorum Massarios

in Premar.o

Marquardus
Patr.

in Premariacho, certam nuper novitatem fecissis
sed contra nostram sententiam, et declarationem
alias inter ipsos et vos latam, accipiendo eis certa
animalia, seu novitates inferendo alias indebite
et de facto. Admirantes igitur si ita est, non mo-
dicum de premissis, fidelitatem vestram requiri-
mus vobis mandantes, quatenus unus vel duo vestrum
super premissis plene instructi, ad informandum
nos de veritatis serie, ut perinde eo melius et
salubrius valeam huic providere negotio, coram
nobis in hac Civitate nostra, debeant die Sabbati
proxima efficaciter comparere. Interim autem
animalia ablata huiusmodi restituere per ma-
num seu sub cautione decenti absque iuris par-
tium praeiudicio debeatis, non faciendo interim
aliquam ulteriorem novitatem. Dat. in nostro Pa-
triarchali Palatio Aquileg. die XXV. Februa-
rii. Indictione X [illegible]

Ex alia chart.ª ut sup.ª

Extra. Dilectis fidelibus nostris. Castaldioni Provisoribus. Consilio et Communi nostre Civitatis Austrañ.

Intus.

Marquardus Dei gratia
sancte sedis Aquilegeñ. Patha.

Fideles carissimi. Iuxta deliberationem Consilii nostri vim generalis Colloquii obtinentis, fidelitatem et dilectionem vestram ~~itaque plathey~~ et locis vestris, tenore presentium requirimus vobis districte mandamus quatenus auctoritate nostra in plateis, et locis vestris publicis consuetis faciatis visis presentibus publice proclamari, quod omnes nostri, nostreque Aquilegeñ Ecclesie fideles et dilecti, tam nobiles quam ignobiles cuiuscunque Status, et condicionis existant, equis et armis opportunis se statim preparare studeat, Ita quod quilibet iuxta facultatem suam, ad conservationem honoris et Status nostri et Patrie,

ac propria

Marquardus
Patha

ac proprie libertatis, quandocunque expedierit, et et requisitus per nos extiterit, sit paratus. Et insu per quod quilibet Castra et loca sua munire ac fortificare efficaciter, ut expedit, studeat, et procuret. Dat in Castro nostro Portusgruarii die XVIIII. Octubris. Indictione. X.

---

Reg. at. chartª. ut sup.

Extra.

Dilectis Fidelibus nostris - - Gastaldioni Provisoribus, Consilio et Communi Terre nostre Civitatis Austrie

Intus.

Marquardus Dei gratie Aquilegen. Patriarcha.

Carissimi fideles. Imposuimus Nobili Friderico de Randech nostre Curie Marschallo ut vobiscum et aliis Fidelibus nostris providere debeat super transitu Gentium Dni Regis Ungarie.

Unde

Unde fidelitatem vestram requirimus vobis mandantes, quatenus die Veneris cum dicto Marschallo Utini duos de Consilio vestro convenire faciatis. Dat in Terra nostra Portusgruarii die primo Decembris. Indictione. X.

---

Ex at. chart. ut sup.

Extra.)

Dilectis Fidelibus nostris - - Castaldioni - - Provisoribus, Consilio, et Communi nre C. A.

Intus.)

Marquardus Dei gratia
sancte Sedis Aquilegen. Patria.

Fideles carissimi. Accedit ad fidelitatem, et dilectionem vestram, Filius in xpo dilectus Georgius de Torris de Papia, nostre Aquilegensis Ecclesie Decanus presentium exhibitor, Cui in his que te... levit ex parte nostra potissime in facto Protocollorum sive Notarum Thome Conciris vestri

prenunc...

procuret vestra fidelitas fidem adhibere credulam tamquam nobis. Datum in Castro nostro Utini die tercio Martii. Indictione XI.

---

Ex ol. chart.ª ut sup.

Extra/

Dilectis fidelibus nostris - - Gastaldo. P.- - - - consilio Terre nostre Civitatis.

Intus.

Marquardus Dei gratia
Aquilegen. Patriarcha.

Carissimi. Commisimus aliqua Iohanni Anconio Civi vestro, Fidelitati vestre per eum oretenus explicanda. Cui in narrandis nostri ex parte fidem adhibere curetis credulam tamquam - - - - -. Dat. in Castro nostro Utini die XVI. Maii. Indictione XIIII.

---

Ex aut. chart. ut vetro...

Extr. ... Dilectis Fidelibus nostris -- Capitaneo ... Provisoribus, Consilio et Communi nostre Civitatis Austrie.

Intus

Marquardus Dei Gratia
Sancte Sedis Aquilegen. Patha.
Patriarcha

Fideles carissimi. Ex causis arduis continue occurrentibus fidelitatem, et Dilectionem vestram tenore presentium requirimus, vobis districte mandantes, quatenus sicut Patrie statum diligitis, in mittendo ad nos Consiliarios vestros nobis a Generali Colloquio deputatos sitis continue sollicite attenti, quandocunque eos duxerimus requirendos. Datum in Castro nostro Turris die XXIIII. Maii. Indictione - XIIII.

Rx al. chart. ut sup.

Extr. Dilectis fidelibus nostris --- Gastaldioni

... Provisoribus, Consilio et Communi nostre

Civitatis Austrie.

Intus)

Marquardus Dei gra sancte

Sedis Aquilegen Patriarcha.

Fideles carissimi. Sciatis quod Dns Dux non transivit Plavim, ut nobis relatum ~~est~~ extitetvat. Ideoque non expedit, quod pro nunc Consiliarios vestros ad nos mittatis, sed in ~~mittenda~~ eosdem, sitis attenti et parati, quandocunque vos duxerimus iterum requirendos. Datum in Castro nostro Turris die ultimo Maii. Indictione XIIII.ª

ex chart.^ ut supra.

inter Patriarchales - etc

Foris.)

Dilectis Fidelibus nostris. - Gastaldioni - Provi-
soribus, Consilio, et Communi nostre Civit. Auss-

Intus.)

Marquardus Dei gratia sancte sedis
Aquilegen. Patriarcha - etc

Fideles carissimi. Ad vestre Fidelitatis presentiam mittimus dilectum Nicolaum Zerbini nostre Patriarchalis - - - Scribam, exhibitorem presentium. Cui in exponendis nostri pro parte curetis fidem tamquam nobis credulam adhibere. Datum in nostro Patriarchali Palatio Aquilegie die primo Aprilis. Indictione XIIII.

Ex at. chart.ª ue in retroscriptis.

Foris.)

Dilectis Fidelibus nostris – Castaldioni Provisoribus, Consilio et Communi nostre Civitatis Austrie.

Intus.)

Marquardus Dei gratia sancte Sedis Aquilegen. Patriarcha.

Fideles carissimi. Pro Statu et conservatione Patrie, cunctorumque nostrorum, et Aquilegen Ecclesie Fidelium, decrevimus Deo propicio, cum Illustre Dnō Dnō Leupoldo, qui, ut asseritur, citra Aquam Plavis, est brevius transiturus, personaliter convenire. Fidelitatem igitur, et dilectionem vestram, tenore presentium requirimus, vobis districte mandantes, quatenus occasione huiusmodi consiliarios vestros, generalis Colloquii apud nos in Terra nostra Sacili, die Lune proxima adesse penitus faciatis. Dat in Castro nostro Turris, die ultimo Maii. Indictione XIIII.

Ex al. chart. ut hic retrosp.

Foris.

Fidelibus nostris dilectis - - Gastaldioni. Provisoribus. Consilio et Communi nre Civit. Austr.

Intus.

Marquardus Dei gratia sancte sedis Aquilegen. Patriarcha.

Fideles carissimi. Per litteras presentibus introclusas, nobis per Dnum Henricum Snigerfunn ^Lonisie destinatas, clare potestis colligere, qualiter ipse ob consideracionis nostre respectum, omnia ablata et arrestata, Paulo de Zulanis per Antonium Miranam, intendit restituere cum effectu, dummodo eidem Antonio, qui vexari dubitat in futurum de restituendis per eum, per ipsum Paulum quietatio debita concedatur. Et idcirco hec consideratis omnibus satis rationabilia arbitrantes, fidelitati vestre mandamus, quatenus prefatum Paulum, ad recipiendum ab dicto Antonio omnia bona sua subito transmittatis. Licque

ipsa

ipse Paulus quietationem ipsi Antonio faciat de his que ab ipso recesserit, ut est iustum. Nam super damnis ad presens contendere non credimus expedire. Ceterum Vobis districte mandamus quatenus ne ex hac de cetero alia questionis materia oriatur, ipsi Antonio de Vino suo, fieri faciatis expedite remotis omnibus dilationibus solutionem integram, et condignam. Datum in nostro Patriarchali Palacio Aquilegen. die XXVIIJ. Ianuarii. Indictione prima.

---

Ex aut. chart.^o ut supra &c.

Foris.

Dilectis Fidelibus nostris ... Castaldioni Provisoribus, Communi et Consilio Terre nostre Civitatis austrie:

Intus.

Marquardus Dei gratia Sancte Sedis Aquilegen. Patha.

Carissimi. Ad presenciam vestram super nonnullis nõi ex parte ~~nostra~~ fidelitati vestre oratenus exponendis dirigimus Nobilem Rizardum de Valvesono fidelem nostrum benivolum. Cui fidem credulam, et indubitatem adhibeatis. Dat in Castro nostro Utini die septimo Decembris. Indictione prima.

---

Inter Schedas Nobb. DD. Comitum
Guillielmi et Nipotum de Puppij de Civ. Aust.
(chartae folium est.)

Millo. ccc. LXVj. Indictioñ. iiij.

Generale Colloquium celebratum in Thinello Castri Utini. Die Jovis. XXIII. mensis Aprilis per Reverendissimum in Xpo Patrem et Dñum nostrum Dñum Marquardum Dei gratia sancte Sedis Aquilegen̄ Patriarcham. In quo quidem interfuerunt infrascripti Prelati, Nobiles, et Communitates videlicet

videlicet: Reverendi Patres Dni Pileus Episcopus Paduanus. Guido Episcopus Concordien. Venerabiles Viri Dni Michael Sexten Abbas. Guillelmus Decanus Aquilegen, Georgius de Papia in spiritualibus dicti Dni Patriarche Vicarius, Ottobonus Decanus, Bibi-zinus Can.cus Civitaten pro dicto Capitulo. Nicolussius Plebanus Porpeti et Can.cus Utin pro dicto Capitulo, necnon Nobiles et prudentes viri Dni Johannes de Monticulis Iurisperitus ipsius Dni Patriarche in temporalibus Vicarius, Franciscus et Paganus Mi-lites de Savorgnano, Simon miles de Walsepur Nicolussius et Maynardus de Villalta, Pileus et Pertoldus de Murucio fratres. Artichus de Prata. Simon de Cucan. Pregonia de Spegnimbergo. Ni-colussius de Pratas. Rizardus et Petrus fratres ac Bernardus de Strasoldo. Nicolaus et Simon de Pram-pergo. Doymus de Castello. Salonus de Savorgnano. Pertoldus de Mangano. Prégonia de Sbrogliavaccha. Johannes de Coloreto. Hector de Puleinicho. Ni-colussius de Castillerio. Franciscus de Arcolloniano,

Capitan.

Capitaneus. Nicolussius Orbitus pro Commune Utini
Nassinguerra de Fagedis Castaldio. Rodulphus de Portis
pro Commune Civitatis. et Ulvissius de dicta Civitate.
Pbrs Jacobus et Coletus pro Commune Glemone. Jaco-
bus pini [sic] [sic] pro communi Venzo-
ni. Odoricus de Tricano. Nicolaus de Maniacho.
Nicolussius de Castillerio — — [sic] — Beni de Sacilo.
Boxe de Tressio. Zaudiolus notarius pro Communi
Sancti Viti. et alii pro Prelatis, Nobilibus et Commu-
nitatibus in multitudine copiosa.

Primo propositum fuit in facto huius guerre, et maxime in adhibendo ordine, in facto Portusna-onis ut ad ipsum homines se disponant. Et consili-um generalis colloquii habeat definire, cui ple-na ~~asseffuit~~ attributa potestas.

Super facto reconciliandi ordinis iudiciarii, ut talis ordo ponatur quod cavillationes cessent et iustitia cum bona celeritate reddatur...

Quod

Quod pro Prelatis, Nobilibus et Communitat...
..liqui eligantur qui examinent, et dent ordinem in premissis, et eo adhibito - - - - mittatur per terras et omnibus prenominatis, Colloquium habeat consil- - - -

Super querela Dni Simonis de Walo- -ono contra illos de Spegnimbergos pro facto aque.

Quod Consilium Generalis Colloquii ordine ponat et ita ibidem dictus Dns Simon et Bergonea filius Dni Walterpertoldi de Spegnimbergo pro dicto suo Patre ibidem - - - expresse in manibus dicti Dni Patriarche pro- - -seriunt habere ratum quod per Dominum et Consil- - - sententiatum - - - observare treugas - - t ordinatas, usq - - - sancti

Super litteris lectis ibidem destinatis per Dnum Imperatorem de Investitura pheudorum et Regalium

lium Aquilegeñ Ecclesie.

Diffinitum fuit quod regracietur Dño Imperatori. etc. (·

Super propositis per Boxe contra illum de Spegnimbergo qui fratrem detinet indebite captivatum.

Super requisitione facta per dictum Boxe, ut Castrum Trussii restituatur, investiatur eidē iuxta concessionem eidem factam per Dnum Ludovicum.

Super propositis per Colettum de Portugruario contra illos de Portugruario.

Super propositis per Henricum de Tricano de acceptis per Federicum de Coloretto cuidam Ecclesie sancte Marie.

Super

(· Carolus IV. tunc Imperator.)

Quod pro Prelatis, Nobilibus et Communitat---
--liqui eligantur qui examinent, et dent ordinem
in premissis, et eo adhibito ---- mittatur per ter-
ras et omnibus prenominatis, Colloquium habeat
consil-----.

Super querela Dni Simonis de Walo--ono
contra illos de Spegnimbergos pro facto aque.

Quod Consilium Generalis Colloquii ordinē
ponat et ita ibidem dictus Dns Simon et Bargo-
nea filius Dni Walterpertoldi de Spegnimbergo
pro dicto suo Patre ibidem --- exgressse in ma-
nibus dicti Dni Patriarche pro---seriant habere
ratum quod per Dominum et Consil. --- sententia-
tum --- observare treugas --t ordinatas, ap-
---- sancti

Super litteris lectis ibidem destinatis per Dnū
Imperatorem de Investitura pheudorum et Rega-
lium

lium Aquilegen. Ecclesie:

Diffinitum fuit quod regracietur Dno Imperatori. etc. (1)

Super propositis per Boxe contra illum de Spegnimbergo qui fratrem detinet indebite captivatum.

Super requisitione facta per dictum Boxa, ut Castrum Trussii restituatur, investiatur eidem iuxta concessionem eidem factam per Dnum Ludovicum.

Super propositis per Colettum de Portugruario contra illos de Portugruario.

Super propositis per Henricum de Tricano de acceptis per Federicum de Coloreto cuidam Ecclesie sancte Marie.

Super

(1) Carolus IV. tunc Imperator.)

Super propositis per Dnum Pertolt --- de
Manzano contra butiglarios qui pecuniam ipsius
equi receperunt.

Super propositis pro parte Dominorum de
Spegnimbergo contra Boxam occupantem locum
sui Iustitie indebite

in marg.e) Consilium Generalis Colloquii.

Die XXIIII. Aprilis. Predicta proposita fue=
runt et deliberata in Consilio Generalis Colloquii
congregato in Camera Aquilarum Palacii Castri
Utini: in quo quidem consilio interfuerunt Rdi
Dni Elius Paduanus, et Guido Concordien. Epis=
copi, Decanus Aquilegen., Abbas Sexten., Sapientes
Viri Dni Iohannes de Montiulis et Iacobus de
Glemona iurisperiti, Nobiles Viri Dni Franciscus
de Savorgnano et Simon de Valvasono, Simon de
Cucanea, Nicolussius et Maynardus de Villalta,

Pelaus

Pelerus de Murucio, Bergonea de Sbroglavacha, Petrus de Strasoldo, Fridericus de Coloreto, Doymus de Castello, Bergonea de Spegnimbergo filius Dni Bertholdi, Simon de Pramperge, Rodulfus de Portis, Iacobus Hermani de Civitate Austria, G. Nicolussius Orbiti, et Henricus Baldassii de Glemona.

in marg.e / Super iustitia summaria reddenda.

Super ordine adhibenda pro iudicio et summaria iustitia reddenda in Patria. Diffinitum fuit quod eligantur pro Domino et omnibus de Patria, Viri ydonei, et prudentes, qui videant et examinent diligenter ea, que alias scripta fuerent, et notata pro summaria iusticia reddenda, tempore bo. me. Dni Nicolai Patriarche, et adhibeant quam melius sciverint ordinem in premissis, et referant.

Elect.

Electi pro parte Dni nri Patriarche, et p eius.

Dni Ecorius
Johannes de Montiuls
et Jacobus de Clemona.

Electi pro Prelatis — Dns Raymundus de Parma.

Electi pro Nobilibus — Dns Simon de Cucanea.
D. Andr. ... Atens.

Pro Communitatibus

Et eligi debent, duo pro Aquileg. duo pro Utino, duo pro Civit. Austri, et duo pro Clemona.

in marg.e)

Capitanei Electi super Nobilibus, et alijs Patrie Armigeris permansuris in Prata et Porcilleis.

Capitaneus

Capitaneus Armigerorum --- debent stare in Pratta, Dns Simon de Walvesono.

Capitaneus Gentium in Porcileis. Dns. Bergonea de Sbroglavaccha, vel Iohannes frater eius.

in marg.) Super contentione Dni Simonis de Walvesono cum illis de Spegnimbergo.

Primo super ductu aque Julmenti ad Locum Walvesoni. Diffinitum fuit per Dnum Patriarcham, et totum Consilium, partibus presentibus videlicet Dno Simone de Walvesono ex ~~una~~ parte et D. Bergonea filio Dni Walterpertoldi de Spegnimbergo et ptro Ambrosio officiante in Spegnimbergo, tamquam procuratoribus eiusdem Dni de Spegnimbergo ex parte altera, quod nunc et in futurum in casu quolibet necessitatis idem Dns Simon possit

de aqua

dé aqua Dulmenti accipere, seu accipi facere ubicun=
que poterit, alibi per ordinem recipi, prius tamen
postulata et requisita auctoritate et licentia dicti
Dni Patriarche et Successorum suorum, quam qui=
dem licentiam, idem Dns Patriarcha per se, ex=
nunc ipsi Dnō Simoni ibidem planarie exhibuit
atque dedit, Cum hoc tamen, quod si ex dicto ductu
aque, tempore quo fieret idem ductus, dampnum
aliquod inferretur dicto de Spegnimbergo vel he=
redibus suis, tunc teneatur idem Dns Simon emenda=
re dampnum huiusmodi ad extimationem trium No=
bilium Virorum non suspectorum per eundem Dnū
Patriarcham et Successores suos deputandorum in=
fra XV dies postquam per dictos de Spegnimbergo
super hoc ~~fuerit~~ extiterit requisitus.

in marg.ª) A. MCCLXVIIII. Indict. VII.

in marg.ª Alia ſ ordinat.) Die XXII. Decembris. Utini in Patriar=
cali Palatio in Camera Cubiculari eiusdem
Dnī Patriarchē. Confirmata fuit diffini=
tio supradª

tio supradicta per eundem Dnū Patriarcham, et totū Consilium Colloquii Generalis.

Super Aqua Ose, electi fuerunt Dni Maynardus de Villalta, et Iohannes de Cucanea, qui debent videre totum factum, et referre.

Super aliis questionibus ortis, vel oriturjs inter partes, et servitores utriusque quilibet utatur iure suo coram Dno Patriarcha, vel cui commiserit, et quod nullus faciat de facto.

Diffinitum etiam fuit, - - - facto Trussii quod Boxe. qui illud Castrum tenet, debeat ipsum - - - ere illis de Spegnimbergo iuxta sententiam arbitrariam latam inter - - - - Cum hoc tamen qd idem Dns Patriarcha, et totum Colloquium - - - bant sibi remittere, et eum perpetuo absolvere ab omni Sacramento et promissione - - -sā Dno Ludovico Patriarche Predecessori suo quomodoli-

bet

bet prestitisset. Item verò Bosca dixit; quod non —
— —ebatur observare dictam arbitrariam sententiam, eo quod
pro parte dictorum de Spegnimbergo, — — —— sibi
infra terminum debitum dicta sententia — — —plere,
— — — —

// Ulterius nihil apparet

---

Ex Libro in folio
penes Nob. D. Fabium Co: Asquinum.
Libri opertura ē hoedina pellis
subobscura
et in ejus pag: 75. t°. leguntur sequentia:

M. CCC. LXVI.

Vocati ad primordialem Missam parte Reverendissimi
in Xpo Patris et Dni Dni Marquardi Dei Gratia
sancte Sedis Aquilegn̄ Patriarche dignissimi die
Dominico XIX. Aprilis in Aquilegn̄ eccle=
sia celebratam cum Clenodiis; et aliis. &

suffragia

Suffragia exhibita
per infrascriptos
ut cuilibet in calce apparet.

Episcopus Tridentinus dedit — — — — — —
Capitulum

Episcopus Paduanus unum urceum coopertum, et
una cuppam sine pede planam coopertam
Capitulum.

Episcopus Veronensis cereum unum cum den.is XXII.
Capitulum.

Episcopus Tergestinus cereum unum cum denariis.
Capitulum.

Episcopus Cumanus — —
Capitulum.

Episcopus Vicentinus
Capitulum

Episcopus Iustinopolitanus
Capitulum

Episcopus Concordien. unam cuppam cum pede et malis
Capitulum.

Episcopus

Episcopus Emonen.

Capitulum.

Episcopus Polensis florenos XII.

Episcopus Parentinus

Capitulum.

Episcopus Tergestinus unam cuppam cum pede.

Capitulum duas tacias.

Episcopus Petenensis

Capitulum.

Episcopus Ceneten. unum cyphum cum pede

Capitulum.

Episcopus Mantuanus

Capitulum.

Episcopus Segniensis

Episcopus - - ——

Domini Mediolanen.

Magnates cum certis Magnatibus

Dns Dux, et Commune Venetiarum duos bacilla, duas platinas, tres cyphos coopertos cum pedibus, et

tacias

tarias, et crateras. XII.

Dns Paduanus unam credentiam, et duas cuppas cum pedibus.

Dns Veronensis

Dns Marchio Estensis

Commune Florentie

Commune Pisauri unam bursam cum centum florenis

Comes Croatie

Comes Goritie

Comes de Pisino.

Dni de Collalto

Dns Guicellonus de Camino unam plateram magnam planam

Dns Gerardus della Motha

Communitas Tergesti tres cuppas cum pedibus.

Comitissa Goritie

Prelati Alemanie

Archidiaconus Carinthie

Archidiaconus Carniole et Marchie

Archidiaconatus Sueuie

Abbas Ortemburgen.

Abbas

Abbas Victorien.

Abbas in Harnolteim.

Abbas Siticen.

Prepositus Junen.

Prior in Urenivit

Abbas Miltaten.

Prelati cum Clero intrinseco.

Decanus Aquilegen cereum unum cum denariis.

Capitulum

Dns Paganus de la Turre unam cuppam plenam cum

parvo pede.

Dns Romagninus cereum unum cum denariis.

Decanus Civitaten cereos duos cum denariis.

Capitulum.

Decanus Utinensis marchas sold. septem.

Capitulum.

Abbas Bellinéen unam cuppam cum pede.

Abbas Sexten.

Abbas Rosacen.

Abbas Mosacen unam cuppam cum parvo pede.

Prepositus

Prepositus Sancti Stephani Aquilegen.
Capitulum.

Prepositus Sancti Felicis in Aquilegia.
Capitulum.

Prepositus Sancti Petri in Carnea.
Capitulum.

Abbas Sumaquensis unam cuppam cum pede.

Abbatissa Monasterii Aquilegen cuppam unam cum pede.

Abbatissa Civitatis Austrie unum cyphum cum pede.

Communitates Fori Iulii.

Aquilegia sex tacias

Utinum duas cuppas unam magnam, et unam parvam cum pede.

Civitas Austrie duas tacias magnas sine pede.

Glemona quinque torcia cum marchis denar. XII.

Maranum duos cereos cum denar.

Monsfalco duos cereos cum denar.

Sanctus Vitus unum cereum cum denar.

Sacilum unum cereum cum denar.

Medune.

Tumetium cum Carnea cereum unum cum denar.

Contrata

Contrata Cadubrii ducatos. LX. in una bursa.

Ventionum unum cyphum de crystallo cum pede et

florenos. XXVI.

Portusgruarium unam cuppam cum pede.

Illi de Marchionatu Istriae.

Mugla ceros duos cum denar.

Buglis.

Portulis.

Pinguentum.

Rocum

Colinum

Duo Castra.

Albona.

Flavona.

Nobiles de Patria Foriiulii.

Prata. Dns Manfredus unam tacciam.

Alii Dni unam magnam cuppam cum pede.

Porcilea torcium unum cum denar.

Pulcenicum torcios quattuor cum denar.

Villalta. Dns Meynardus de Villalta torcium unum

cum denariis.

cum denariis.

Castellum unam cuppam magnam sine pede.

Strasoldum: Heredes Dñi Henrici cereum unum cum denariis.

Gabriel, et Bernardus cereos tres cũ denar.

Spegnimbergum unam cuppam cum pede.

Arianum cereum unum. cum denariis.

Maniacum.

La Frattina cereum unum cum denar.

Salvarolum

Laurentiaca

Stroyanacca.

Valvasonum: Dñs Simon unã cuppam sine pede

Azzanum

Varmum

Toppum

Tricanum

Colloretum: Dñs Simon de Colloreto cereum unũ cũ denar.

Dñs Johannes cereum unum cum denar.

Melz.

Ter.

Cavoriacum.

Mortarium.

Cerneum.

Zjoacum.

Brazzacum superius et inferius.

Fontanabona cereum unum cum denariis

Fagarea cereum unum cum denariis.

Sanctus Daniel cereum unum cum denariis.

Tricesimum

Prampergum cereum unum cum denariis.

Portisitagnum.

Artemps ...

Cucanea: Dns Odoricus unam cuppam sine pede.

Butrium.

Manzanum: Dns Lucarnerius et Pantaleo cereum unum cum denariis

Vendoyum

Ragonea

Zoppola

Carnee Communitas cereos duos cum denariis.

Alii Dni et Persone.

Dns Franciscus de Savorgnano unam cuppam cum pede, coopertam.

Dns Paganus de Savorgnano unam credentiam cum linguis serpentinis.

Dns Federicus de Savorgnano unā cuppā sine pede, coopertā.

Plebanus Sancti Danielis cereum unū cum denariis.

Prior Sancti Antonii de Venetiis unā platinā planam.

Dns Nicolinus de Laturre unum magnum equum.

Dns Nicolussius Orbiti.

Filii Dni Iohannoli de Ligono duas tacias.

Dns Iohannes de Monticulis unam cuppam de nuce cum argento deaurato.

Dns Phebusinus de Laturre unam cuppam cum pede.

Antonius della Turrede Comijanius unum calicem.

Filii Castroni de Burlis unā confitieriam cū pede.

Plebanus Tricesimi cereum cereum cum denariis.

Nota quod ultra premissa dati sunt tres anuli

annuli omnes aurei, quorum unus fulcitus est margarita, et ignoratur quis dederit.

Item est una cuppa de masero ornata argento cooperta.

Potestas Aquilegie cereum unum cum marcha ~~[illegible]~~ una

Uxor Dni Potestatis cereum unum cum marcha dimid.

Potestas Marani cereum unum cum denariis.

Plebanus Versie cereum unum cum denariis.

Dns Castellinus de Laturre cereum unum cum denariis.

Suprascripta omnia constant manu S. Johannis de Susannis qdam S. Odorici Notarii qdam S. Andree de Utino Millo tricentesimo sexagesimo sexto. omnia tamen in filcia quadam extraordinaria Belloni senioris Notarii.

Ex supradicto Libro pag: 103. t°

In Christi nomine. Amen. Nos Marquardus Dei gratia sancte Sedis Aquilegeñ Patriarcha, Azzolinus miles de Zubertinis de Utino, et Andreas de Puleinico Arbitri et arbitratores et amicabiles compositores litis et questionis vertentis inter Nobiles Viros Dnos Bileum, et Pertholdum Fratres de Morutio, Federicum de Colloredo, et Nicolaum et Odoricum qdā Dni Pantaleonis et Joanninum qdā Dni Thomasii de Tricano pro seipsis et aliis de domo sua ex parte una, et Nobb. Viros G. Vezzellum qdā Dni Rodulphi, Hermacoram qdā Turchi et Antonium qdā Priopii de Fagagna tamquam Sindicos et Procuratores Dominorum Loci, et Ville Communitatis Fagagne parte ex altera, occasione pratorum, et companearum predictorum hominum, et Communitatis de Fagagna litorum et positorum inter aquas del Cornu, et Lineo et Fontane Baranzon, et colles de Amadrisio, et colles, et ripas

que sunt

que sunt versus Tricanum predictum in omnibus Bra-
tis, et Campaneis iidem de Tricano cum eorum animali-
bus se ius pascuandi habere asserunt, visis auditis et
examinatis iuribus et allegationibus utriusque partis,
que dicere et producere voluerunt, ac super his deli-
beratione habita, auctoritate arbitraria in hac parte
nobis concessa ut constat publico instrumento notato
manu mei notarii infrascripti sub dictis millesimo
Indictione die vero XX. mensis Settembris. Christi
nomine invocato de eius uultu recta procedunt iu-
dicia sententiamus et mandamus: quod incipiendo a
quadam via que est apud aquam de Linio in loco qui di-
citur Vado a Capris versus Solis ortum et Caporiac-
um eundo, et a qua itur prope paludem de Ama-
drisio versus Occidentem usque ad quendam rivum
qui est in una brarchia, in quo rivo est quidam Lapis ma-
gnus niger, et ibi confinat quedam via que dicitur
Madrisana et de dicta brarchia incipiendo et eundo
per dictam viam Madrisanam usque ad fontem qui
est prope dictam viam qui fons dicitur Cavallarissa

et a dicto

et a dicto fonte per dictam viam Madrisonam versus Madrisium per quam viam itur per prope caput cuiusdam prati fossalati, quod pratum est versus Faganeam per quam viam itur usque ad quemdam rivum qui est prope collem de Madrisio, et infra dictum pratum, qui rivus dicitur rivus baranzon, et suprascripta sint bannita etiam quo ad secandum, et transitum illorum de Tricano cum animalibus. Item sententiamus et mandamus quod omnia et singula prata hominum de Faganea, que habent iure Dominii, vel ad affictum, vel ad alium censum in quibuscunque locis insimul, vel separatim ultra vias predictas versus Tricanum, et infra communeam, et ripas, et colles predictas de Madrisio, et ripas versus Tricanum sine perpetualiter bannita à Festo sancti Floriani usque ad Festum sancti Michaelis; salvo tamen quod Armentarius, seu Pastor dictorum hominum de Tricano cum eorum animalibus si voluerint ire ad pascuandum super Pratis predictorum de Tricano

cano, vel super aliis Pratis que non sint illorum de Faganea sive Armentarius sive Pastor cum animalibus eorum possint ire super pratis predictorum de Faganea ut supra. cito transeundo per prata predicta bona fide, et non pascuando occasione fraudis, et redire per alium Locum per modum predictum non dampnificando. Et si armentarius vel Pastor cum animalibus supradictis super pratis predictis de Faganea in aliquo casu, sive acie fuerit damnum estimabile per modum pascuandi, tunc solvere teneatur damnum et pro mulcta denarios quattuor Aquilegen. monete, et si non fecerint damnum estimandi non solvant aliquam penam. Item sententiamus predictis de Faganea quod in omnibus eorum pratis talia signa apponere debeant quod Pastor, sive armentarius possit agnoscere, et discernere prata ipsorum de Faganea ab aliis pratis. Item sententiamus ut supra quod predicti de Tricano cum eorum animalibus annis singulis perpetualiter possint ire ad pascuandum in Pratis predictis

dictis vaneis usque ad vias predictas videlicet à
Festo S. Michaelis usque ad Festum Sancti Floriani
sine contradictione illorum de Fagnano. Nostre ta=
men intentionis non extitit quod hec nostra sen=
tentia, et declaratio se extendat ad possessores, et — legi forte: possessiones
prata ultra vel extra pertinentias et confines, de
quibus in ipsa sententia et definitione fit mentio
consistentes et consistentia, pertinentes et spectantia
ad mansos seu dominos, et massarios mansorum
aliarum Villarum quam de Fagnano, et si aliqui
ex ipsis sint de compromittentibus, vel consenti=
entibus antedictis quibus, vel quorum alicui non
intendimus aliquid ius competere in aliquorum
preiudicium excedere vel eis aut eorum alicui ius
competere huius sententie sive declarationis tem=
pore tantummodo salvum remaneat et illesum.
Que quidem omnia et singula prescripta preci=
pimus ab eisdem partibus sub pena mille libra=
rum ~~denariorum~~ veronensium in compromisso
apposita pro parte non observante premissa

toties

totiens persolvenda, quotiens committeretur in ipsa firmiter et inviolabiliter observari, et pena soluta vel non, presens nichilominus Laudi instrumentum et omnia in eo contenta obtineant plenum robur. Qua sic lata sententia in eodem instanti predicti D. Lileus de Moretio, Nicolaus Odoricus, et Antonius et Iohanninus q. Dni Thomasii de Tricano, ac Vecellus Hermacoras, et Antonius de Zagania eorum et syndicario nomine et procuratorio nominibus antedictis ibidem presentes sententiam huiusmodi laudarunt et approbarunt in omnibus et per omnia.

Lecta et pronuntiata fuit sententia antedicta die quinto mensis Octobris Anno Dni M.CCC.LX.IX. Indictione VII. Presentibus Venerabilibus Viris Dnis Georgio de Torris de Papia decano Aquilegen. Ottobono de Cereta decano Civitaten. et Nobilibus Viris DD. Articho de ~~Porcia~~ Cereta, Zanino de Prata Capitaneo Terre Utini, et Discretis Viris

Viris S. Hectore q. d. ... Notarii de Utino, Nicolao Notario q. d. Magri Georgii, et Nicolussio Notario olim dominici Zerbini de Utino, ac S. Gulielmo de Sancto daniele Capitaneo Sacili, nec non S. Antonio Turrate Capitaneo ... testibus et aliis pluribus.

Actum in Castro Utini in stupha superiori memorati Dni Patriarche.

Ego Johannes q. d. Dni Gubertini de Novate Utini habitator publicus Imperiali auctoritate Notarius et predicti Dni Patriarche Scriba et Officialis premissis omnibus interfui et rogatus ...

... in marg. ...

legit. Nota quod S. Perchoglius de Tricano pro ducatis ... anno MCCCCLX die xiiii Maii a S. Henrico q. d. ... de Padua habitatore in Sancto Vito ... advocatia, dominium, ...

mentem

mansorum et iurisdictionis Ville Madrisii, que
alias erat pheudum Dominorum de Bagnaria, et
esse in Libro notarum q. S. Bernardi de Brazza-
co fol. 24. penes Dnum Andream Pischiuttinum

Ex antelato Libro pag. 96. t.°

In Xpi nomine Amen. Anno Nativitatis eius=
dem Millo tricentesimo septuagesimo primo.
Indictione IX. Die XVII mensis Novembris.
Convocato, et congregato Colloquio Generali Pre=
latorum, Nobilium, et Communitatum
Patrie Forijulii per Revmum in Xpo Patrem
et Dnum nostrum Dnum Marquardum Dei Gratia
Sancte Sedis Aquilegen Patriarcham dignissimum
in Patriarchali Palatio Aquilegen in Sala magna
Superiori. In quo quidem Colloquio interfuerunt
Venerabiles et Nobiles Viri

Prelati

Prelati

Dñus Floriamundus Abbas Bellinian.

Georgius de Tortis de Papia Decanus Aquilegen.

Ottobonus de Ceneta Decanus Civitaten.

Johannes de Lisono Can.cus Aquilegen.

Pbr Nicolaus Homo Can.cus Utinen.

Guido de Bononia Prepositus Sti Felicis de Aquileg.

Nobiles

Iacomutius de Purliliis.

Paganus miles de Savorgnano.

Simon de Cucanea.

Johannes de Monticulis in temporalibus predicti Dñi Patriarche Vicarius Generalis.

Azolinus miles de Gubertinis de Utino.

Pileus de Morutio

Hector de Pulcinico.

Petrus et } fratres
Bizardus }
Bernardus qtã Dñi Ossalci } de Strasoldo.

Vicardus

Vicardus de Prampergo

Hector de Miulitijs

Nicolaus de Maniaco

Varnerius et
Federicus } de Marzano

Ricardus de Valvasono

Johannes de Colorela

Balardinus de Pers

Gulielmus et
Nicolussius } de Ragonea

Communitates

Raynaldus de Vincentia Gastaldio Civitaten.

Lichinus hospes et
Nicolaus de Flagonea } de Aquilegia

Rodulphus de Portis et
Jacobus de } de Civitate.

Julianus Brugnus et
Nicolaus Franciscus } de Glemona.

Johannes Antonius et de Venzono.

Jacobus de Susa [illegible] de Venzono et
Nicolaus Notarius de Attgano et alii quamplures de
Patria Fori Iulii ad dictum Colloquium convocati,
necessarii pro dicto Generali Colloquio celebrando.
Inter alia quae ibidem proposuit idem Dnus Patriar-
cha pro utilitate et bono statu servitorum suorum
et Subditorum suorum de Patria Fori Iulii propositis
ut infra, videlicet.

Quod ad aures ipsius nostri nuper pervenerat
quod inter alias Constitutiones parlamentales quae
post ipsius Dni Patriarchae translationem ad Eccle-
siam Aquilegeñ, et sub ipso fuerant editae et fir-
matae facta, et confirmata fuerat una Constitutio
de Successionibus ab intestato per quam Filiae fe-
minei sexus etiam nullis filiis masculis, cum eorum
fratribus Patri intestato defuncto superviventibus
ab ipsius Patris successione excludebantur per
fratres Patris eorum, et alios ipsorum Patri remo-
tiores ei [illegible] Cuius constitutionis tenorem
ipse alias ignoraverit, et si advertisset alias ipsam

constitutionem

constitutionem talis effectus, ut nunc perpendit, nunquam
ipsam confirmasset, quia quod filia excluderetur ab
hereditate paterna est notorie et manifeste contra
ius divinum, canonicum et civile ac naturale, et
etiam contra communem Sardiniae consuetudinem, ma-
xime quando non extarent descendentes filii masculi
[illegible] prout ibidem in scripturis divinae
paginae publice legi fecit. Unde protestatus est et dixit
quod nullo modo volebat constitutionem praedictam
durare, nec robur aliquod obtinere, sed eam peni-
tus fore cassandam, revocandam et anullandam
[illegible] quod sibi reputabat ad magnum pec-
catum et ex hoc suam animam non modicum aggra-
vatam, quod [illegible] edita fuisset talis constitu-
tio [illegible], et cum contraria sit praefatis, et per-
[illegible] et ideo motus ex praedictis et
aliis causis rationabilibus [illegible] omnibus [illegible]
via modo et forma, quibus melius et efficacius po-
tuit vel potest [illegible] praedictorum in dicto Generali
Colloquio congregatorum expressis verbis ipsam consti-
tutione

tutionem, et omnem eius effectum ac continentiam et tenorem cassavit, annullavit, et irritavit, ac pro cassa et irrita haberi voluit et mandavit revo=cando ex nunc omnem suam auctoritatem, si quam dictae Constitutioni alias interposuit, asserens id ~~processisse~~ processisse ex inadvertentia; su=per quibus, et aliis per praedictum Dnum Patriar=cham in dicto Parlamento propositis, petito vo=tis est a praedictis Praelatis, Nobilibus, et Nun=tiis Communitatum, et aliis, qui intervenerunt Par=lamento praedicto et eorum quolibet quid sibi vide=retur supra propositis per dictum Dnum Patriarcham multi ex eis expresse consuluerunt, et consulen=do affirmarunt praedictam Constitutionem omnino cassandam et irritandam fore, et debere integra=liter suis viribus enervari, et eam debere habe=ri pro cassa et irrita verbis clarissimis expresse=runt cassationem, et revocationem praedictas per dictum Dnum Patriarcham factas, laudantes, et eas quantum efficacius potuerunt, tanquam iustas et

rationabiles

rationabiles in omnibus approbantes. Multi autem alii in congregatis in colloquio presentes nichil expresse dixerunt super fienda vel non fienda cassatione Constitutionis predicte, cum propositioni facte per dictum Dominum Patriarcham de cassanda Constitutione predicta ac cassationi de eam per ipsum facte aliqualiter non contradicentes, nec ipsam cassationem aliqualiter aut ulterius impugnantes vel reprobantes, sed aliorum consilia super omnibus tunc propositis per dictum Dominum Patriarcham sub breviloquio commendantes. Dominus vero Bajanus de Savorgnano et Dominus Hector quondam S. Odorici Maulini de Utino, qui pro Communitate Utini aderant Parlamento predicto dixerunt et consuluerunt, quod in casu quo ipsa Constitutio deberet innovari, bonum foret quod reformatio ipsius ostenderetur Nobilibus et Communitatibus Patrie Fori Julii, ut super ipsa reformatione possent plenè deliberare, et in alio Parlamento celebrando super ipsam reformationem maturius consilium dare, quia

tamquam

tamquam improvisi non poterant ita celeriter plene
consulere supra reformationem Constitutionis predicte
Protestantes ibidem dictus Dns Paganus, et S. Nisius
de Romanzaco, quod si foret aliqua reformatio pre
dicta Constitutionis non deberet eis aliquod preiu
dicium generare. Demum auditis per predictum
Dnum Patriarcham omnibus et singulis narratis, et
dictis per quoscunque in Parlamento predicto ipse
Dns Patriarcha iterato repetitis causis ipsum moven
tibus, et inducentibus ad cassandam Constitutio
nem predictam eamdem statuit et decrevit fore
cassam inefficacem, irritam et inanem, et in iudi
ciis suis, et sub eius officialibus nullatenus obser
vandam. Mandans ex nunc omnibus et singulis
officialibus suis, quod ipsam Constitutionem coram
eis non permittant allegare, seu aliqualiter in
uti, quibus verbis tunc etiam non fuit per aliquem
contradictum, sed sub tranquillitate fuit dictum dic
tum Colloquium dissolutum. Actum ut supra in
Patriarchali Palatio Aquilegen. in Sala magna

superiori. &c.

superiori.

Et Ego Iohannes q.dam Dom.ni Lubertini de Navate Utini residens publicus Imperiali auctoritate Notarius, et predicti Dni Patriarche Officialis et Scriba premissis omnibus interfui, et rogatus scripsi, et publicavi, meumque solito hic signum apposui consuetum in testimonium premissorum.

Ego Thomas Paris Notarius ex alio exemplo penes me existente per fidum michi Coadiutorem exemplare feci, et in fidem subscripsi.

Premissam Copiam exemptionis aliena manu descriptam ex processu manu q.dam Dni Iosephi Sporeni Notarii Patris mei formato et expedito inter Nob. Dnum Ludovicum de Valvasono, ac filios q.dam Nob: Dni Henrici de Valvasono Theophorus Sporenus Not.s pub.s ex Collegio Utini rogatus publicavit.

publicavit . . . . . . . . . . . . . . .

Ex supramemorato libro. pag: 133.

Investiture Nobilium Castri Faganeę quod à pluribus habitum est Pheredum Habitantię per memoriale Dñi Odorici Susannę Cancellarii Rmi Dñi Marquardi Patrę . . .

(omissis: :)

M. CCC. LXV. § Everilles de Faganèa maior domus sue investitur de pheudis suis et habitantiis. manu Iohannis qm Sibertini de Novate. XIII. Decembris.

M. CCC. LXV. Philippus de Faganea investitur de pheudis suis . XIII. Decembris.

Thomas dictus Toterus, Ulvinus, Matthiussius, Meynardus, Blasitius, Iacobus, Nicolaus, Hazarinus, Hendricus, Zanus et Pidrussius, investi-

investiti de eorum feudis et habitantiis. XV. Decembris, manu premissi Iohannis q.dam Eubertini.

omissis

Ex Epistola in Archiv. Civitatis Foriiulii servata est.

Foris)

Dilectis Fidelibus Nris -- Gastaldioni Provisoribus, Consilio, et Communi nre Civitatis Austriæ.

Intus)

Marquardus Dei gratia sanctæ Sedis Aquilegen. Patriarcha.

Fideles carissimi. Clarum est quod Stephanus Struglì de Cormona captionem Iohannisbonii concivis vestri posuit totaliter ad manus nostras. Volentes igitur eundem Stephanum ob hoc ut iustum et congruum existit, securum fore; Fidelita=

tem et dilectionem vestram tenore presentium re-
quirimus, vobis districte mandantes quatenus tali-
ter visis presentibus providere et disponere pro-
curetis quod captione non obstante huiusmodi
idem Stephanus apud dictum Iohannem tonium
ceterosque concives vestros ubilibet vit securus.
Iniuriam autem ipsi Iohannitonio illatam in-
tendimus una cum Dno. Comite, cum ad has
partes pervenerit in forma debita ut decaus, in-
de extiterit, complanare. Quicquid ergo egeritis
in premissis curetis nobis quantocitius vestris
litteris reserare. Dat. in Castro nostro Dortaggeca
vii die xxiii. Decembris. Indictione xii. X

---

Lec alia lpta ut hic retro.

Tris. / chart. ut supra

Dilectis fidelibus nostris ... Castaldioni
... Provisoribus, Consilio et Communi
nostre Civitatis ...

Ichis.

X respondet Anno MCCCLXXIIII.

Foris

Marquardus Dei gratia sancte
sedis Aquilegen Patha

Fideles carissimi. Videtis tempus dispositum ad complendum que Nobis favente Altissimo acidens fortuna promittit. Et quia tempus dispositu ex negligencia perdere quod forte irrecuperabile esset, non volumus sed dum fata permittunt ad recuperationem nostrorum iurium diuicius perditorum intendere pro viribus cupientes. Id circo cum ad predicta indigeamus pecunia in presenti, fidelitatem vestram affectuose requirimus, et rogamus, quatenus sicut honorem Aquilegen Ecclesie Matris Vestre diligitis et nostram gratiam cupitis obtinere pecuniam duorum millium florenorum Nobis debitorum in Kal. mensis Junii nunc proxime futuri statim et sine dilatione Canipario Nro Utinen assignare et tradere debeatis. Recipientes ab eodem sub nostris

nomina

nomine et sigillo quietationem in talibus oportunam.
Dat. in ... Montisfalconi. die XXIII. mensis Maii. Indictione secunda.[1] 2.

Ex alia Epta servata ut sup.

Foris. [illegible]

Dnis sapientibus .. Potestati .. Consilio et Communi Terre Civitatis Austrie sincere nobis dilectis [illegible]

Intus.) [illegible]

Albertus Dei gratia Dux Austrie, Styrie, Karinthie et Carniole Comes etc. Sapientibus viris sincere nobis dilectis .. Potestati .. Consilio et Communi Terre Civitatis Austrie salutem et omne bonum. Ex parte fidelium oppidanorum nostrorum in Laybaco Administrator et Officialis noster ibidem ad nos deduxit cum querela quod Zenes. Rdi. Patris in xpo Dni Patriarche Aquilegen. mercatores nostros loci eiusdem mercimoniis et

rebus

[1] Indict. sda signalat. pro Anno MCCCLXXIX. tempore quo adhuc inter vivos erat D. Cath. Marquardus.

rebus alijs spoliaverunt et conductores eorumdem
vulneraverunt captivaverunt, et male tractaverunt
in nostro Territorio, et super strata nostra pu=
blica. In quo nobis valde iniuriatum esse di=
noscitur, et nostris illata damna et pericula in=
decenter. Presertim cum hec omnia attemptata
sint contra pacem et placita inter Nos, et Dnum
Patriarcham facta et inita nec non litteris ap=
probata. Ex eo etiam presertim quod lis et guer=
ra que inter dictum Dnum Patriarcham et Ve=
netos viget et agitur ad presens in nullo peni=
tus nos concernit. Idcirco Legalitatem vestram
rogamus et requirimus confidenter quatenus
ipsum Dnum Patriarcham informare velitis
modis omnibus et inducere prout et Nos ibi
scribimus ut prefatis Opidanis nostris ablata
provideat restitui indilate nobisque et nostris
subditis iniurias eiusmodi emendari, ac inter=
dicere velit efficaciter quod consimilia nobis et
nostris decetero nullatenus irrogentur. Prout
de ipso

de ipso et vobis confidimus. Ne in casu quo absit quo hec non fierent cogamur vobis et nostris in super eo de oportuno remedio providere. Dat Vienne. VI. Kalend Ianuarii Anno etc. LXXVIIII

(1)

in consilio

Ex Arch.° Civitatis Fori Iulii in folio a tergo inscripto

Dilectis fidelibus nostris Gastaldioni Provisoribus, Consilio, et Communi nostre Civitatis Austrie.

Marquardus Dei gratia sancte Sedis Aquilegen Patriarcha

(1) Iste numerus respondet Anno MCCCLXXVIIII. tpre D. Marquardi Patriarche Aqu.

58

Intus)

Marquardus Dei gratia Sancte
Sedis Aquilegen. Patriarcha

Carissimi. Audita Ambaxiata Tristani Latoris presentium, quam nobis super facto Boxe exposuit ex parte vestra, fidelitati vestre taliter respondemus, quod attenta possessione illius de Duyno, habita ut asseritur, annis pluribus super bonis de quibus est questio, pacifice, et quiete, dictus Boxe male, et imprudenter egit tales novitates, et violentias, potissime absque nostri scientia attemptare. Scimus enim quod idem de Duyno, nisi nostram respexisset reverentiam iam propter iniuriam sibi illatam huiusmodi contra vestros cives insultasset, et curasset commodo suo omnimode providere. Quare fidelitatem eandem requirimus vobis mandantes, quatenus dictum Boxe ad relaxandum libere captivos per eum detentos, et animalia, ac omnia

ablata

ablata eisdem captivis restituendam ipsis presentibus penitus compellatis, alioquin contra ipsum Boxe pro violentia et iniuria huiusmodi, quam nobis etiam factam putamus, ut convenire videbimus pro futuris etiam evitandis scandalis, procedemus. Facta autem relaxatione predicta et restitutione ablatorum, sicut omnino intendimus, volumus libenter ut teneremus in suis iuribus eum habere favorabiliter recomissum. Dat. in Castro nostro Montisfalconis die X. Iunii Indictione quinta. (∴)

(∴) Anno MCCC.LXVII. respondet Indictio quinta.

Ex foliolo servato in Archivo
Civitatis Austriae

Ianuarii

Ex parte sapientis viri Dni Iohannis de Monticulis
Iuris utriusque periti Dni nri Dni Marquardi Dei
gratia sanctae sedis Aquilegensis dignissimi Patriarchae
in temporalibus Vicarii Generalis, mandetur per
Benvenutum nuncium Patriarchalem Civitatis ad pe-
titionem Sandri Sartionarii habitantis Civitate,
Iacobo quondam Laurentii Tessi de Civitate ut principa-
li venditori, nec non Iohanni quondam Dni Nicolai de
Savorgnano, et Iacobo quondam Thomadussii de Civi-
tate tamquam eius manutentori, quatenus coram
dicto Dno Vicario Utini compareant die quarta
iuridica inter nonam et vesperas post Epifaniam
proxime futuram ad manutenendum et disbrigan-
dum dicto Sandro unum mansum situm in Villa
Sancti Iohannis de Manzano rectum per Iacobum
Pizolum de dicta Villa venditum eidem Sandro

per dictos

per dictum ~~Siclinum~~ Iacobum q(uondam) Laurentii, et
hoc contra q. Nasinguerram de Fagedis tamquam
procuratorem Dne Alburgae de Civitate dictum man-
sum impedientem. Et ad procedendum in causa pro
primo termino. Die ultimo die Martij xiiii Decem-
bris Indictione quinta. Ego Leonardinus nota-
rius scripsi.

---

Ex ~~folio~~ servato in Arch.o
Civit. Fori Iulii, foris
signatum
(Epist. D. marg. Lakh.)

Sapientibus Viris: Iohanni de Savorgnano
Vicegastaldioni, Provisoribus, Consilio
et Communi Civitatis Austriae

(intus)

Benigna salutatione praemissa. Intelleximus quod
nobis per vestras litteras insinuastis videlicet
quod Ablinus Castellanus noster in Lakh qua-

draginta

Viginti porcos pingues super territorio Aquilegen
Concivi vestro Iustin. ablatos, vobis taliter res=
pondemus, quod idem Albinus ad nos deduxerit quod
porcos eosdem super nostro territorio, et per nostra
dominia transeuntes abstulit et arrestavit. Et licet
nos alias saepius ob reverentiam et amorem Dñi
nostri Patriarche Aquilegen, ac vestri favorem et
vestros contra voluntatem, et expressam intentionem
Dominorum nostrorum, et Ducum Austriae cum mer=
cimoniis suis per dominia nostra ac districtus nros
libere transire permiserimus, et eis ablata vite,
de benignitate nostra resti=
tui fecerimus, nunc vero non precando, sed Philip=
pus Castellanus in Iulmino per nostrorum cap=
tivitatem et bonorum eorundem arrestationem,
seu ablationem, ad restituendum per nostro rite
et rationabiliter ablata, nos et nostros attemptat
compellere, cuius dictum et exemplum reprehensibi=
lem ad eosdem Dominos nostros. Quis continue
capitaneos ac vicesgerentes intendimus deducere,

ac cono

ac eorum consilio et auxilio, dicti Philippi cona=
tibus et ausibus illicite resistere, utique et ob=
viare, nec deinceps quoslibet prohibitos per
nostras terras et dominia cum quibuslibet mer=
cimoniis transitum facere, et ut transeant con=
sentire. Placuisset enim nobis, ac placuit hu=
cusque, ac placebit in antea inter nos, et subditos
nostros, ac vos ac vestros concives mere affectionis
integritas, salvo quod inhibitionis edictum faci=
emus in cunctis nostris dominiis districtius ob=
servari. Datum in Lokh die xxvij. Novem=
bris. Anno etc LXXIIIJ.

Paulus Dei gratia
Episcopus Frisingen.

[illegible]

# Philippi de Alenconio Cardinalis Patriarchae Aquilejen. Monumenta

Epistola chart: servata
in Tabulario Civitatis Austriae
inter Patriarchalia

Extra et à tergo./

Periarissimis Fidelibus nostris ... Capitaneo Provisoribus et Comunitati Terre nostre Civitatis Austrie.

Intus. /

Philippus de Alenconio Sabinen. Eps. Card. Patha Aquilejen.

Salutem singularem percariss. et fideles nostri. Postquam nuper per Bernardum famulum nostrum iiij. die mensis huius discendentem ab hinc de sin-
gulis

Philippi de Alenconio Patha Aq.

gulis usque modo occurren. Scriptura dignis ple-
ne scripsimus fidelitati vestre. Et inter cetera qua-
liter ij die mensis istius conclusum erat per Re-
ginalem Majestatem de nobis iuvando. Interim ali-
qui non propter Ictus tanto ad emulorum
diversis modis et per indirectum cum Reginali vo-
luntate directe contradicere non audent conati
sunt pertrahere auxilium huiusmodi Reginale no-
bis dandum sicque finaliter impedire. Quibus
Altissimo qui iustitiam non deserit confavente
restitimus diligenter. Itaque hodie finaliter et
conclusive per Dnos Comitem Palatinum et Confes-
sorem Reginalem Episcopum Segniensem nobis pro
parte Reginali responsum fuit, qualiter Maiestas
Reginalis intendit cordialiter et potenter assume-
re factum nostrum contra Utinenses etc. donec
habeamus intentum nostrum mittereque de proxi-
mo certam quantitatem gentium armigerarum
que iam paratur. et ultra illam non deficere no-
bis in aliquo donec optineamus intentionem nostram,

prout

prout de hiis per fidelem Concivem vestrum Odo=
rinum de Monasterio brevissime constabit vobis ma=
gis clare. Ideo in adversitatibus vestris quibus pater=
ne compatimur, consolemini et sitis boni animi atque
constantes, prout nullatenus hesitamus. Speramus
enim in brevi cum consolatione longe maiori quam
nos reliquimus personaliter esse vobiscum. Ceterum
quia in facto Johannini Longi vestri convicini habita=
toris aliaque vobis unique scripsimus, quod cum Ulri=
no de Canussio fideli nostro convicino vestro tandem
faceretis, quod eidem Johannino res suas in Castro
nostro Sohumbergi dimissas, vel earum pretium com
peteret, aut Castrum ipsum sicuti prius habuerat re=
aliter assignaret et indilate. Verum quia prout
Johanninus ipse nobis exposuit querulose, dictus
Ulrinus neutrum predictorum hucusque effectua=
liter adimplere curavit, duceremus per verba
quod nobis satis displicet attenta promissione
per nos prefato Johannino facta, pluribus ex vo=
bis non ignota. Volumus fidelitati vestre pre=
sentibus

sentibus iniungendo et mandando quatenus in his ad dicto Ulrino taliter providentis et disponatis quod iuxta dictarum litterarum nostrarum continentiam prefato Iohannino integraliter satisfiat. Ita quod ipse remaneat penitus absque damno. Et si quidquam in hoc compensandum fuerit pro parte nostra contendemus facto prius rationabili computo quod recipiatur de bonis Canipe nostre Civitatensis prout alias recolimus nos scripsisse. Insuper prefata die iiij. presentis mensis recepimus litteras vestras responsivas ad eas quas per Georgium familiarem dni Pagani Vobis scripseramus una cum litteris quas scripsistis Reginali Maiestati. Ex quarum tenore vestram fidelitatem plurimum commendamus. Que ultra premissa et alias scripta per Bernardinum famulum vestrum responsionem aliam non requirunt. In Domino feliciter valeatis. Dat. Zagrabie die viiij Decembris Indict. sexta.

Processus noviter aggravatos post nostrum recessum per Episcopum

NB. Indictio VI. respond: An. MCCCLXXXIII. Uxz.

per Episcopum Pergamen. contra Utinen. et nobis nobis per primum qui huc accesserit destinatos.
Dat. ut sup.

---

Ex Tomo IV. MSS.
in quo Monumenta Historica
apud Nob. Virum Carolum Fabritium
Utinensem
ab eo descripta et collecta

pag. (M.CCC.LXXXI.)

Serenissime Princeps, Refugium singulare et Domine, in quo post Deum tota vita nostra consistit. Significamus concordiam amaritudinis, quod sanctissimus Dominus noster Papa, quo inde penitus ignoramus, tale et tantum nobilissimum Ecclesie sancte Dei membrum et ipsa dignitatem Patriarchatus Aquilegensis dedit in Commendam Dno Sabinensi, de cuius persona nobilissima

Nobilissima, famosa, et virtutibus splendidiate lau-
dabiliter commendanda nichil dicimus, sed de ratio-
ne comende fore novum, et inauditum declaramus,
nam a Beato Marcho Evangelista citra, qui pri-
mus sedit in huiusmodi dignitate semper salvis
vacationum temporibus recta et gubernata hec Ec-
clesia Aquilegen benedicta successive fuit per Pa-
triarchas, qui non solum Papa est eiusdem, Patri-
archa quoque, Princeps Italie, Dux, Marchio et
Comes, quorum tam nobilissimorum titulorum cla-
ras, et veras habet potentias, et iurisdictiones,
nec non eadem gaudet suffraganiis Episcoporum
circha XVII. in Lombardia, et in aliis Provin-
ciis et serenissimis ac Nobilibus Vassallis, vide-
licet Rege Boemie, Ducibus Austrie, et Karin-
thie, Comitibus Goritie et de Ortimburch, et aliis
pluribus Baronibus Nobilibus et Civitatis in
multitudine copiosa: Ita quod Maiestas Vestra
loquendo cum ardore et fervencia reverenter te-
netur providere, quod ipsa dignitas, cui est
commissa

commissa, et in protectione, et defensione tenet de
voluntate Dominorum Pape et Imperatoris, ne
tali et tanto suo privetur honore. Et si ipsa com=
menda sortiatur effectum, quod Altissimus avertat
fructus eius erit confusio. Exoramus humiliter
igitur devote vos hec ipsi Culmini Regali suppli=
cando dignemini, licet provisum sit per Patriam
delegare Ambaxiatores ad eundem Dom̃ Nrũ
Papam pro ipsius Commende revocatione, vestra
in his salutaria remedia adhibere, ut exinde re=
tributio meritorum sit Vobis gloria eternalis. Cum
ipsa Dignitas non patitur nec pati potest commendam
que in parvis beneficiis fieri consuevit, hec autem
venit continue gubernanda, et regenda per Pre=
sidem suum verum Regentem suos Subditos fidelis=
simos, et respectabiles, scilicet Prelatos, Nobiles et
Communitates in grandi copia sub titulo Virginis
gloriosissime, quo ipsius titulatur Ecclesia.
Datum Utini die XIII. Aprilis. Indict. IV.

Ipsius

ipsius Maiestatis servunculi fideles, et humiles ad grata et mandatorum genera iuxta posse parati Federicus da Savorgnano, Consilium et Communa ipsius Terrae Utini

Quae hinc supra exemplata Epistola ex Authographo servato in Tabulario Magnificae Civitatis Utini.

sic Nob. Com. et Fabricius Utinensis
in eius memorato Tomo IV. Ms.

Ex eod. To: IV.

Ex eodem supradicto To: IV: Mss: pag: 120 ..

1381.

Nos Jordanus Abbas Monasterii Sanctorum Cosmæ et Damiani Jadrensis Diœcesis Ordinis Sancti Benedicti, et Johannes de Pontremulo Doctor utriusque Juris Dni Nri Papæ Capellanus ipsiusque et Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generalis Auditor. Universis presentes inspecturis notum facimus per presentes quod licet de speciali commissione et auctoritate nobis concessis per Reverendiss: in Xpo Patrem et Dnum Dnum Philippum de Alencnio miseratione divina Episcopum Sabinensem Cardinalem, ac Sanctæ Aquilejen: Ecclesiæ Patriarcham alias declaraverimus liberam arbitrium et potestatem nobis datam per prefatum Reverendiss: Dnum Cardinalem et Patriarcham tollendi interdictum de Terra Utinen et Coligatorum et adhærentium positum in ipsis auctoritate dicti Reverendissimi Dni Cardinalis et Patriarchæ, et dandi licentiam eisdem Utinensibus

et eorum

et eorum Coligatis, et adherentibus, Clericis et per-
sonis Ecclesiasticis quibuscunque in dicta Terra,
et Colligatorum et adherentium celebrandi, et alia
divina officia in ipsis ministrandi, et ipsis se im-
miscendi, et eisdem Utinensibus et Coligatis et adhe-
rentibus libere accedendi, standi et morandi, atque
mercandi per Terras dicti Patriarchatus, nostre tunc
intentionis et voluntatis fuisse, et esse quod licen-
tia, et auctoritas predicta per nos data, ac Inter-
dictum in suspenso esset usque ad festum Sancti An-
dree proxime venturum. Nunc vero ex certis et
rationabilibus causis nos moventibus iterato dictum
Interdictum suspendimus et licentiam predictam
de novo concedimus, atque damus predictis Uti-
nensibus et eorum Coligatis et adherentibus ultra
dictam nostram concessionem, et declarationem
videlicet usque ad festum Epiphanie Domini nos-
tri Jesu Christi proxime futurum, sperantes in-
dubie quod dicto termino reversi a Maiestate
Ungarica, ad quam presentialiter mandato Dni

nostri

nostri Pape nos conferimus, omnem contrarietatem et obstaculum totaliter removebimus in quacunque parte consistat propter que Utinentes, et Colligati, et adherentes celebrare, ire, stare et mercari poterunt sicut prius ante interdictum, et prohibitionem quamcunque. Datum in Vanzono dicti Patriarchatus sub nostris sigillis die vigesimo sexto Novembris. Pontificatus Sanctissimi Dni Nri Dni Urbani Pape. VI. Anno Quarto.

Jacobus de Camola Notarius Curie Camere Apostolice, et dictorum Dominorum Ambaxiatorum.

Ex Authographo in Tabulario Mag.ca Civitatis Utini asservato.

[illegible] N. D. Cos: Tab.

Rachart. inter Patriarchales

servata in Archivio Civitatis Austr.

Innoc. Tonj. not.

Ambrosius Decretorum Doctor Dei gratia Episcopus Concordien. Reverendissimi in Xpo Patris et Dni Dni Philippi de Alenconio miseratione divina Episcopi Sabinensis, Sacrosancte Romane ecclesie Cardinalis, Sancte Sedis Aquilegen. dignissimi Patriarche in spiritualibus Vicarius Generalis. Dilectis nobis in Xpo Iacobo et Everardo fratribus filiis qm. Iohanni de Civitate Austria Aquilegen. diocesis, tamquam heredibus, et hereditario nomine qdam Chatarusse uxoris et heredis qm Petri qm Iacobini de Asulo, salutem in Domino. Conquesta est nobis Bitussa soror uterina quod licet qdam Petrus in suo ultimo testamento et sua ultima voluntate voluerit disposuerit et ordinaverit quod de bonis ipsius testatoris extrahi deberent Marche viginti quinque denariorum, et per ipsam Bitussam amore Dei distribui pro animabus

mabus qdam Bitini fratris ipsius testatoris et qdam Tan-
dule ipsius qdam Bitini uxoris, secundum quod ipsi-
us Bitisse consciencie videretur, vos tamen dictam
quantitatem pecunie eidem Bitisse consignare
minime curastis propter quod non potest volun-
tatem dicti testatoris executioni debite demandare
in animarum vestrarum periculum et preter ipsius
testatoris ordinationem et ultimam voluntatem,
super quibus petiit a nobis sibi de iuris remedio
provideri. Quare non volentes alicui in iustitia
deficere postulata, sed potius cupientes animarum
sa . . . quantum cum Deo possumus providere,
Tenore presentium vos et utrumque vestrum ci-
tamus, requirimus et monemus, vobis nichilominus
et vestrum utrique sub . . . ris pena mandantes,
quatenus infra sex dies a presentatione presentium
vobis facta immediate sequentes, quos duos pro
primo, duos pro secundo, et reliquos duos pro ter-
tio et peremptorio termino Canonica monitione
premissa, vobis et utrique vestrum prefigimus, ex

etiam

et etiam assignantes prefatam quantitatem pecunie ei-
dem Bitusse debeatis realiter assignasse. Et si de huius-
modi mandato nostro reputatis vos in aliquo fore gra-
vatos prima die iuridica dictos sex dies immediate
sequenti studeatis coram Nobis in Civitate Austrie
in domo nostre habitationis inter nonam et vespe-
ras legitime comparere de vestro gravamine re-
sponsuri, et alias dicturi, facturi et recepturi quid
postulaverit ordo Iuris. Alioquin ad ipsius excom-
municationis sententiam, et ad alia graviora Iuris
remedia contra vos, et vestrum utrumque procede-
mus. Has autem litteras nostri Vicariatus sigilli
impressione munitas, et ad cautelam registratas
vobis per . nuntium nostrum iuratum mandavi-
mus presentari, de quarum presentatione relationi
eiusdem nuncii dabimus plenam fidem. Dat. in Civi-
tate Austrie die martis XXV. mensis Augusti M.
ccc. LXXXIII. Indictione septima.

Ex Libro cooperto pelle hoedina in folio
servato à Nob: D.no Fabio Co: Asquini
de Utino - in pag: [illegible] legit.

Introytus Patriarchales.

M. CCC. LXXXVI.

In Xpi nomine. Amen. Infrascripti sunt introytus ad Aquilegen. Patriarchalem mensam spectantes per me Odoricum de Utino Patriarchalem Cancellarium iuxta parve capacitatis meæ memoriam fideliter notati et descripti, nec non Capitaneatus, Gastaldie, ceteraque dictæ mensæ officia, et pro quanto precio annuatim communiter vendi solent, seu solebant salvo pluri et minori iuxta temporis dispositiones prosperas et adversas.

Primo namque Capitaneatus Cadubrii cum juribus, et iurisdictionibus suis, ubi sunt duo Castra scilicet Plebis, et Butistagni ultra custodias dictorum Castrorum, quas Capitaneus ibidem deputatus

propriis

propriis sumptibus facere tenetur et debet et solet annuatim pro libris parvorum dictis CX et ultra.

Gastaldia Carnae ubi sunt duo Castra, scilicet Tulmetii et Castri Moscardi, quae custodiri debent expensis Gastaldionis ibidem ut supra, vendi solet communiter annuatim pro Marchis denariorum VIII: et ultra.

Capitaneatus Terre Venzoni cum iurisdictionibus suis, alias concessus est gratis, et parum valet.

Capitaneatus Terre Glemone, valet Marchas denarior: LXX. et ultra, et Capitaneus deputatus tenetur propriis sumptibus custodire Castrum ibidem, et Gastaldie Artenae.

Gastaldia Buie ubi est unum Castrum custodi-

endo

indum ut supra solebat vendi pro Marchis dena=
riorum. XX.

Gastaldia Sancti Danielis pro Marchis dena=
riorum XXII.

Gastaldia Faganea pro Marchis denar. XXIV.

Gastaldia Tricesimi ubi est unum Castrum cus=
todiendum sumptibus Officialis ibidem ut supra
vendi solebat annuatim pro Marchis denariorum
LX. et ultra.

Gastaldia Sedeliani pro Marchis denar. XIIII.

Capitaneatus Utini cum gastaldia, iuribus, et
iurisdictionibus ut supra vendi solebat pro
Marchis denariorum L. et ultra.

Gastaldia Civitatis Austrie pro Marchis de=
nariorum

nariorum XXV. et ultra.

Gastaldia Anoni pro marchis denar. II. et ultra.

Muta Utini pro Marchis denar. II. et ultra. 2.

Muta Civitatis Austrie pro marchis denar. XX.

Gastaldia Tulmini ubi sunt duo castra, unum scilicet in Monte, et aliud in plano custodienda sumptibus Officialium ibidem, ut supra, vendi solet ultra ipsam custodiam pro marchis denarior. V. et ultra.

Muta Cluse que nunc exigitur in Venzono vendi solebat annuatim ut supra pro ducatis auri III. vel circa.

Capitaneatus Montisfalconi ubi est unum castrum sive Rocca in monte custodienda, ut supra,

supra, solet vendi cum juribus, et iurisdictionibus pro Marchis denariorum LXX. et ultra.

Muta Montisfalconi pro marchis denariorum III. et ultra.

Castaldia Marzani pro marchis denariorum XL.

Potestaria Aquilegiae pro marchis denariorum XVI.

Muta Aquilegie pro marchis denariorum XL. sed his elapsis temporibus modicum valuit, et valet propter guerram.

Et pro Dacio Aquilegiensi solebat solui per Communitatem Aquilegie singulis annis marchas denariorum XL. medietas scilicet in Festo Nativitatis Domini, et reliqua medietas in Festo

[illegible] B. Hermagore.

Castaldia Agelli pro marchis denariorum XXIIII.

XXIIII. vel circa.

Potestaria Marani pro Marchis denariorum LXX. et ultra.

Castaldia Carisaci, et Palazzoli pro Marchis denarior. XIIII. et ultra.

Castaldia Mossa pro Marchis denariorum XXVIII. et ultra.

Castaldia Nebula pro Marchis denar. III.

Castaldia Sancti Viti pro Marchis denariorum. C. et ultra.

Capitaneatus Terre Portusgruarii cum ganis et iurisdictione, nec non cum medietate Dacionis eiusdem Terre vendi solet pro modico, quia maior pars ~~[illegible]~~ expenditur pro custodia

Castri

castri ibidem; tamen ibidem percipi possunt, et per-
cipi possunt ultra omnes expensas Duc. L. et
ultra.

Castaldia Medune, ubi est unum Castrum
custodiendum ut supra, vendi solet annuatim
pro Marchis denariorum. C. et ultra.

Castaldia, sive Capitaneatus Sancti Stefani
ubi est unum Castrum, sive fortis Turris custodi-
endum ut supra pro Marchis denariorum. C.
vel circa.

Castaldia Turris cum Castri ibidem custo-
dia iuribus iurisdictionibus pro Marchis De-
nariorum XXIIII. et ultra.

Castaldia Aviani pro Marchis denariorum
XII. vel circa.

Castaldia

Castaldia Maniaci modicum valet, in pluribus retroactis temporibus non fuit vendita, quia Nobiles de Maniaco eorum fidelibus impensis servitiis illam ad eorum qui fuerunt pro tempore tenuerunt et habuerunt.

Capitaneatus Vacile, ibi est unum Castrum custodiendum ut supra, cum Castaldiis Canise, et Cavolani pro marchis denariorum .C. vel circa.

Marchionatus Istriæ pro libris parvulorum mille.

Castrum Petrapilosæ in Istria habetur seu possidetur pignoris tamen nomine sub certis pactis per Dnum Raymundum de Castello et spectat ad Patriarchalem mensam ut supra.

Terra Muglæ debet annuatim regaliam et decimam vini et olei, et Dnus Patriarcha habet

ibidem

ibidem de Potestate et Rectore ad voluntatis sue libitum providere. tam ex privilegio antiquo, quam etiam virtute pactorum inter bone memorie Dnum Marquardum Patriarcham Aquilegen̄ ultimo contractorum, et sunt vini urne, et olei urne. Et sunt dictorum pactorum scriptorum manu q̄ndam Nicolussii Zerbini tunc Patriarchalis Notarii. Tenentur ipsi de Mugla certas pecunias Dno Patriarche annuatim solvere pro officiis supradictis.

Civitas Tergesti acquisita et redempta per Dnum Marquardum Patriarcham de manibus Venetorum illam occupantium, debet ex pacto, et conventione ultra debitam fidelitatem et obedientiam per Cives ibidem in manibus ipsius Patriarche eorum Sacramento prestito annuatim solvere Patriarchali mense vini Ribolei urnas. C. et Marchas denariorum. C. et preter hoc Dns Patriarcha qui fuerit pro tempore habet pro voluntatis

lontatis sue libito ibidem providere de Capitaneo et Rectore prout de pactis, et conditionibus huius=modi apparere debet per instrumentum publicum manu Iacobi de Zugadis tunc Patrialis Notarii.

Canipe Patriarchales, Utini, Civitatis Austrie et Aquilegie percipiunt annuatim magnos et mul=tos census in bladis, vino, et pecuniis, et rebus aliis prout in libris Caniparum, qui fuerunt pro tempore plane constat, sed specialiter Canipa Utini est pre ceteris Canipis in premissis omnibus opulentior, et consueverunt Patriarche qui pro tem=pore fuerant eorum familias pro maiori parte anni quaslibet expensas facere opportunas.

Census annuatim per Venetos debitus occa=sione iurium et iurisdictionum Istrie quas tenent, ascendit ad Ducatos II.<sup></sup> vel circa.

Emtio Vini de Istria, quod estimatur in

Grado

Erado ascendit ad rationem medie Marche denario=
rum pro amphora ad illam summam de qua fit
estimatio, et vinum quod debet estimari si duce=
tur ad ipsam estimationem exigit amphora MCCX.

Capitaneatus S. Pauli in partibus Tarvisi=
nis ubi est unum Castrum custodiendum ut su=
pra cum iuribus et iurisdictionibus suis solebat
vendi anniatim pro Ducatis centum, et ultra.

Nota quod ultra predicta certe pecunia=
rum condenationes iuxta Patrie moram, et
per sententiam Patriarchali Camere appli=
cantur.

Donationes

26

# Donationes Honores, Iura et Iurisdictiones Dni Patriarchae.

(ex supramemorato Libro pag. 89. t.º)

M. CCC. LXXXVI.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Ad laudem et gloriam Omnipotentis Dei, eiusque gloriosissime Genitricis Marie et Beatorum Martyrum Hermacore et Fortunati Alme Aquilegen Ecclesie Patronorum, nec non ad requisitionem, pariterque mandatum Revmi ac Serenissimi Patris Principis, et Dni nostri Dni. P. de Alenconio Ste Romane Ecclesie Episcopi Cardinalis, et Patriarche supradicte Ecclesie Aquilegensis Ego Odoricus Andree de Utino Aquilegen

neb. P. leg. Philippi

diocesis

Diocesis olim felicis memoriæ Dnorum Ludovi=
ci et Marquardi Patriarcharum Aquilegeñ, et
nunc supradicti Dni Nri Cardinalis et Patriar=
chæ Cancellarius supra Dominationibus, honori=
bus, iuribus, et iurisdictionibus spiritualibus et
temporalibus supradictæ Ecclesiæ Aquilegeñ pro
ipsorum notitia et conservatione Memoriale præ=
sens breve prout nunc memoriæ meæ potuit oc=
currere ultra memorialia alia dudum per me
in pleniori forma apposita ordinavi, et descripsi
prout inferius est expressum.

Primo quidem supradicta Aquilegeñ. Eccle=
sia, eiusque Pastores et Præsules Patriarchæ ha=
bent superioritatem iure Metropolitico super
Episcopatus et Episcopos XVI. scilicet Concor=
diensem, Cenetensem, Triestinum, Paduanum, Ve=
ronensem, Vicentinum, Mantuanum, Cumanum,
Tridentinum, Feltrensem, Bellunensem, Tergesti=
num, Emonensem, Parentinum, Iustinopolitanum,
et Polensem

24

et Polensem.

Item Capitulum Veronense et Abbas Monasterii de Pirro Tarvisinæ Diocesis sunt Aquilegen. Eccl.ta, eiusque Patriarchæ immediate subiecti.

Item quilibet Patriarcha habet ius antefe=rendi, seu anteferri faciendi crucem in memoriā Passionis Christi quocunque pervenerit præ=terquam in præsentia Papæ.

Hæc omnia et alia plura sunt notoria ex pluribus et antiquis Privilegiis publicis per dnos vestros, ex Sacris

Patriarchalis Diocesis extenditur per totū Patriarchatum, et Ducatum Foriiulii potissimē citra Tulmentum inclusis contratis Carneæ et Cadubrii etiamque per Archidiaconatus Carniæ, Austriæ, Carniolæ et Marchiæ cum ordinaria auctoritate, seu potestate Aquilegen. Patriarchæ

quilibet

quolibet [illegible] disponendo, et [illegible] dispositis
ad beneplacitum suum providendo de Archi-
diaconij, Beneficij Ecclesiastici auctoritate
ordinaria perpetuo conferendo, corrigendo Cleri-
cos delinquentes, absolvendo et excommunicando,
atque ad quilibet Ordinandos [illegible] et Prelatis
opportuna alia per se vel alium in spiritualibus
rite exercendo.

Etiam [illegible] Patriarcha habet
conferre auctoritate ordinaria more Praedeces-
sorum suorum Canonicatus Ecclesiae [illegible] in
S. Paulo [illegible]
Capellam unam in Castro [illegible]

Insuper Abbatiam [illegible] cum Monasterio
suo ipsi eidem Patriarchae et Aquilegen. Ecclesie
immediate subjectas.

Et similiter Abbatiae Rosacen., [illegible]

et

ii Mosacensis atque plures Abbates, et Præposi-
ti cum Monasteriis ipsorum in prædictis Archi-
diaconatibus consistenti sunt sibi immediate
subiecti.

Monasterium Maius Dominarum Moni-
alium Aquileiæ, et maius Civitatis Austriæ, nec
non Monasteria SS. Quirini et Nicolai in burg
urbis Utini ac plura Monasteria Dominarum
in Archidiaconatibus supradictis subsunt im-
mediate supradicto Dño Patriarchæ.

Canonicales Præbendas, et Beneficia in
Ecclesiis Collegiatis de Utino, et Sancto Ste-
phano penes Aquileiam habet auctoritatem
ordinariam conferendi; et insuper unam Vicari-
am in Ecclesia Aquileiensi, et aliam in Eccle-
sia Civitatis Austriæ, atque nonnulla alia Be-
neficia in Ecclesiis antedictis. Sed ipsæ Vicariæ,
earumque collationes sunt temporales tantum, et
non perpetuæ, et durant solummodo ad beneplacitum

ua et aliud
m[illegible]

cuiuslibet Patriarchae.

Archidiaconatus quoque Carinthiae, Stiriae, et Carniolae, et Marchiae ad tempus scilicet, ad Patriarchae cuiuslibet beneplacitum conferuntur, et sunt potius officia quam beneficia, et idem de Archidiaconatibus Cadubrii, et Carneae [illegible], ad [illegible] inde vel expirationem non obtineo certitudinem.

Ultra haec Dnus Patriarcha quilibet consuevit ordinare et constituere; atque ordinat, et constituit loco sui, ultra Commissarios quos interdum solet constituere spirituales et temporales Vicarios, scilicet unum in Pontificalibus, alium in spiritualibus, et tertium in spiritualibus et temporalibus, qui in Patriarchali [illegible] et Dioecesi [illegible] officiorum [illegible] requisitionem consueverunt [illegible] decernere, et reddere rationem et hi Vicarii durant solum ad Dni beneplacitum, et duo ipsorum scilicet in spiritualibus et temporalibus consueverunt obtinere provisionem, et salarium a Domino. Vicarius vero in Pontificalibus solet [illegible] plusquam

plusquam continens.

Insuper de Insula et Plebe Gradensi, et qualiter antiquitus ipsa Aquilegiensis Ecclesie immediate subiecta et qualiter potissimum tempore bone memorie Poponis Aquilegie Patriarche. Idem Popo in Conciliis pluribus Imperialibus et Papalibus obiecit sepius Patriarcham Gradensem se falso nominare Patriarcham: Clarent plurima publica et authentica documenta a me visa et lecta.

De Ducatu Foriiulii sunt plura, et diversa antiqua et authentica Privilegia Imperatorum Romanorum, et Regum a me visa et lecta, qualiter ipsa Patria, sive Ducatus cum Terris, Locis, et Iurisdictionibus quibuscunque fuerit perpetuo traditus, Donatus et concessus Sancte Aquilegiensis Ecclesie, eiusdem Patrie, et Presuli tunc presidenti et Successoribus suis.

Sunt etiam publica et authentica Privilegia

antiqua

antiqua a me visa et lecta de singulari donatione, et concessione perpetua facta ipsi Ecclesiae Aquilegensi, eiusque Patriarchis, et Praesulibus, Castrorum quinque scilicet Buje, Zagarie, Sovvagni, Umini et Puzoli cum tribus milliariis circumcirca quodlibet dictorum Castrorum, et cum territoriis, iuribus, et iurisdictionibus universis dictorum Castrorum infra limites praedictos.

alibi legitur Sovani

alibi legitur Patazoli

Principales et potiores Ministeriales eiusdem Ecclesiae, eiusque Praelatorum Pastoris et Patris sunt Nobiles de Cucanea, Partistagno, et Valvasono qui vocantur Camerarii, et tenentur custodire Cameram Patriarchalem potissime vacationis tempore cum pertinentibus ad eandem Cameram.

Nobiles de Spilimbergo qui dicuntur Pincernae, seu Canipari, et habent custodire Canipam cum pertinentibus ut supra.

Nobiles de Murutio, et de ~~[illegible]~~ Tricano qui vocantur Marescalchi, et Vexilliferi Eccle-

siae

dict. Aquilegiæ [illegible] tempore [illegible] quia [illegible] Ecclesiæ habent custodire [illegible] Patriarchale [illegible] vacationis tempore in [illegible]

[illegible]

Nobiles de [illegible] qui vocantur Magistri coquinæ Patriarchis, et habent vel debent custodire coquinam [illegible] habent Nobiles ipsi occasione ministeriorum et officiorum huiusmodi plura Pheuda, et bona [illegible] ab ipsa Ecclesia Aquilegiensi ultra eorum fortilitia Castra quæ [illegible] possident [illegible] prout notorium existit, de præmissis omnibus a longo retroacto tempore. Ipsi Nobiles [illegible] habuerunt custodiam [illegible] Aquilegiensis [illegible] præmissis omnibus [illegible] temporibus [illegible] misit.

[illegible]

Nobiles de Prata, et Porcilijs [illegible] liberi, tamen sunt Vassalli [illegible] Ecclesiæ Aquilegiensis, et recognoscere debent ut inde patet per publica instrumenta potissime de Prata [illegible] Comitatu que [illegible]

Certi

Certi Nobiles de Castello, scilicet Strassoldo, Villalta, Castellerio, et Cavoriaco olim vocabantur de genere Liberorum, sed quia per matrimonialem copulam nati sunt de genere ministerialium, ideo ministeriales vocantur, eorumque Castra et plura alia bona recognoscunt seu recognoscere debent in Pheudum ab Aquilegiensi Ecclesia supradicta, ut etiam inde instrumenta publica apparere debent, licet Antiqui eorum Pheuda plene in scriptis non dederint [illegible].

Sicque ceteri Nobiles huius Patrie Ducatus Foriiulii recognoscunt seu recognoscere debent eorum Castra, et plura ac diversa bona in Pheudum ab eadem Ecclesia Aquilegiensi licet in scriptis ipsa Pheuda, et bona investiturarum ipsorum temporibus ad plenum non exhibita tradita ab Antiquis.

Sunt etiam certi Nobiles nati de genere Liberorum, scilicet illi de Porcia, [illegible] [illegible] Superiori, de Manzano, de Maniaco pro parte, de Zagarea, de Pinzano, de la Frattina, qui recognoscunt seu recognoscere debent Castra sua fortalitia, et plura bona iure habentia ab Aquilegiensi Ecclesia, seu eius Patriarcha

Patriarcha, Praesule ac Pastore ...

In Castro Sancti Viti, Utini ceterisque locis et Marchionatu cives Habitatores, qui domos, Habitantias, et mansos ac bona plurima, seu diversa tenent habitantias vel Pheuda habitantia ab Ecclesia Aquilegensi, eiusque Antistite recognoscere, et recognoscere debent.

Sed notandum quod Patriarcha quilibet tam supra rectis Pheudis quam etiam ministerialibus et Habitantiis, ceterisque bonis ad investituram suam spectantibus, habet vigilanter et diligenter per se vel Officiales suos inquirere, ac diligenter providere. Certum est enim quod de ipsis bonis mansi, ac bona plurima irrequisito Domino sunt distracta, et quae sine proprii possessio etiam jure Aquilegensis Ecclesiae in promissis alienata et vendita atque ad manus personarum bonorum talium non spectantium in damnum non modicum et praejudicium Sanctae Aquilegensis Ecclesiae, eiusque Patriarchae, et Praesulis sine dolo fore translata.

Notum est etiam, publiceque notorium, et persuasum semper extitit quod in Civitate Aquilegiae, necnon in Terris

Utini

Utini, Civitatis Austriæ, Glemone, Venzoni, Tulmetii, Montisfalconi, Portusgruarii, Sancti Viti, Sacili, Meduæ, cæterisque Patriæ locis nullus habet, vel pretendere potest in civilibus, vel criminalibus ius aliquod, nisi quantum de speciali Privilegio, vel licentia et auctoritate nominati Patriarchæ obtinere noscatur.

Præterea notandum est, quod tam Nobiles quam alii cuiuscunque ordinis et status obtinentes Pheuda, ministerialia, et Habitantias, seu alia cuiuscunque conditionis bona ab Ecclesia Aquilegiensi et non recognoscentes, seu non facientes se investiri de ipsis bonis, et Pheudis tempore debito scilicet infra annum post adventum novi Patriarchæ, et Pastoris, sive postquam possidentibus extiterit quomodolibet novum ius acquisitum eisdem bonis privati dicuntur ipso facto, ex quo sunt ipsa bona ad præsentem Patriam legittime devoluta. De quibus bonis idem Patriarcha potest ante annum ut alias servatum est pleno iure disponere, et in alium transferre: Elapso autem anno ipso, nisi idem Dominus

Patriarcha

Dñs Patha disposuerit, ut præfertur, tunc ipsa bona Patriar=
chali mensæ applicata censentur. Si verò aliquis ex præ=
dictis, vel aliis quibuscunque Fidelibus et subditis Patriæ
eiusque Aquilegen. Ecclesiæ deliquerit rebellando, seu
non obediendo Domino suo, aut aliquid contra honorẽ
et statum eiusdem Dñi verbo vel opere attentando
ipsi delinquentes realitèr et personalitèr, ut de lesæ
maiestatis crimine puniretur. Et sic retroactis temporibus
est servatum

Officiales generales gerens vices Patriarchales in
criminalibus ipse Mareschalcus, qui ad officium huius=
=modi per Patham ad eius tantum beneplacitum depu=
tatur. Mareschalcus quidem iste durante officio suo
et beneplacito Dñi ~~Patha~~ habet Potestatem plena=
riam, et arbitrium custodiendi stratas huius Patriar=
chalis Patriæ, et puniendi crimina et delicta perpetrata
in stratis et locis, ubi Officiales Domini, scilicet Pote=
states, Castaldiones, Capitanei non regunt, et presidens.
Si verò Presidentes Officiales in Civitatibus, Terris, et
locis huius Patrialis Patriæ quibuslibet in puniendo
criminalia quoquo modo deficerent, seu essent quo=
modolibet negligentes, vel desides, tunc ad Officium ipsius

eiusdem Mareschal=

ejusdem Mareschalchi speciale defectus supplere hujusmodi ~~supplere~~ et ipsa criminalia delinquentibus — dictarum terrarum et loca, accessus et patrationes criminum, Justitiam inde videre et exequi disciplinam servatis tamen ordinibus Patrie consuetis.

Officiales vero ceteri scilicet Potestates Capitanei, Gastaldiones in terris, et Locis quibuslibet huius Patriarchalis Patrie per Patriarcham (ut premittitur) more solito deputati habent potestatem plenariam in civilibus et criminalibus, in locis duntaxat ubi deputati existunt Iudicando homines per Laudum et sententiam iuxta Patrie morem, et consuetudinem retroactis temporibus observatam. Ubi vero Officiales huiusmodi vel aliqui eorum defecerint seu negligentes forent, tunc Mareschalcus, sive Mareschalchi qui pro tempore sunt defectus huiusmodi potissime ~~in criminalibus~~ habet supplere, et corrigere ~~iuxta Patrie morem ut supra est expressum~~, et hec fieri solent cum consensu et voluntate supradicti Dni Patriarche, qui potest Officiales suos singulos ad libitum corrigere et damnare.

Strata

Stratae publicae huius Patriarchalis Patriae po=
tissime extra Fortalitia spectant et spectaverunt retro=
actis temporibus continue ad Jurisdictionem et custo=
diam supradicti Dni Patriarchae, eiusque Mareschal=
chi sive Aquilegien. Ecclesiae, vel Capituli Sede vacan=
te, ut notorium extitit, et ad officium Mareschalchi
spectat punire crimina et delicta quae in dictis locis
publicis committuntur.

Aquae similiter et fluvii per Patriam curren=
tes ad Iurisdictionem Aquilegien. Ecclesiae, eiusque Prae=
lati ac Pastoris, seu Officialium suorum, cui vel qui=
bus specialiter commiserit pleno iure spectant, et per=
tinent: et idem intelligi debet de nemoribus et
silvis, in quibus locis potest idem Patha et Praesul per
se vel alios piscari, et venari facere, ut alias factum
est pro suo libito voluntatis, et inde Privilegia plura
patent.

De singulari et plenissima donatione et Juris=
dictione aquae Liquentiae a montibus usque ad ma=
re, in qua nullus potest aedificare pontem, nisi Patri=
archa, et aquae Natissae transeuntis per Civitatem Aqui=
leiam, quae inferius Amphora nominatur, patent

publica

publica et authentica Privilegia Imperialia sive Regalia à me visa et lecta.

De terra insuper infra Plavam et Liquentiam existentem Sanctae Aquilegensi Ecclesiae et Patriarchae eiusdem pleno iure donata et concessa: patent Imperialia Privilegia undique in plena forma.

De Castro quoque Montis Silicis cum pertinentiis, et iurisdictionibus quibuscumque ad ipsum Castrum spectantibus apparent Privilegia Regalia sive Imperialia publica et authentica à me visa et lecta.

Marchionatus Histriae et tota Histria consuevit obedire, et obedivit ex Privilegiis pleno iure concessis Sanctae Aquilegen. Ecclesiae eiusque Patriarchis, Pastoribus, et Praesulibus, qui fuerunt pro tempore; sed Veneti per vim, et potentiam pluribus retroactis temporibus occuparunt plures, et occupare Civitates, Terrasque, et loca Marchionatus praedicti, videlicet Polam, Iustinopolim, Parentium, Emoniam, Portum Montonam, pluraque alia castra in ipso

Marchionatu existentia, solvendo tamen annuatim parvum et levem censum ipsi Patriarche, et Pastori pro regalibus, iuribus, et iurisdictionibus Civitatum, Terrarum, et locorum predictorum.

Notandum est tamen, quod iuxta sententiam arbitrariam alias latam per Dominum Comitem Sabaudie in 1371. supra differentiis vertentibus inter Dominos Regem Ungarie, Ianuenses, Dominum Padue, et Aquilegien. Ecclesiam ex parte una, et Venetos ex altera, Dominus summus Pontifex presens, vel qui tempore fuerit habet potestatem et auctoritatem ordinariam sententiandi, et declarandi, definiendi, et determinandi super omnibus et singulis Civitatibus, et Terris, et locis per supradictos Venetos, ut premittitur, occupatis et super iuribus ipsarum.

Civitas Tergesti cum auxilio, et favore Ianuensium extitit nuper, scilicet in 1380. per bone mem. Dominum Marquardum Patriarcham Aquilegiensem accepta de manibus Venetorum illam occupantium, reddita cum Castris de Mocho, et Mucholano, ipsique Patriarche pro se suisque successoribus, ac vice et nomine sue et

Aquilegien.

Aquilegen. Ecclesie per cives dicte Civitatis prestitit obe-
dientie, et fidelitatis plenum et perpetuum debitum
iuramentum. Itaque idem Patriarcha, et successores sui
perpetuo in ipsis Civitatibus, et castris providere pote-
rant et debebant de Capitaneis et Rectoribus pro eorum
debito voluntatis, ipsorum tamen Civium sumptibus
et propter hoc tenebantur ipsi Cives eidem Patriarche
et successoribus suis de certis censibus annis singulis
respondere prout in registris Privilegiorum Capi-
tuli eiusdem Ecclesie continetur, prout habet alia
instrumentis publicis inde confectis manu Jacob-
bi de Tagedis tunc Patriarchalis Notarii debet seriosius
et plenius contineri, etiamque secundario in Thesaur-
ria dicti Comitatis habundius apparebit. Nunc autem
propter guerras nimias extraneas in Patria, et potissime
quia dicti Domini Cardinalis et Patriarcha impedientibus
nonnullis Patrie aliis et dicte Aquilegen. Ecclesie Rebellibus
plenam et debitam Patriarchatus non potuit con-
sequi obedientiam, et debita iura sua, Dominus Dux de Ver-
no illi usurpavit et usurpat Civitatem et Castra predicta
indebite et de facto.

Dnus Doymus de Castello, nec illi de domo sua

nomina

nomina pignorationis tenent Castrum Petre Pilose
ad Mansum Pathalem spectans, et ultra hoc per violen-
tiam, et de facto pluribus revolutis temporibus occu-
pavit, et occupat Marchionatum supradictum cum
iuribus, iurisdictionibus et omnibus pertinentiis
suis in quo Marchionatu ultra occupata per Venetos
ut superius notatum est, adhuc extabant et extant
Castra num.° VIII. Aquilegen. Ecclesie, et Patriarchis,
qui fuerunt pro tempore, obedientiam debitam, et plenā
prestantia, scilicet Castra de Buiens, Portulis, Pinguen-
te, Albona, Flanona, Collina, Racia, ic dictibus Castris.

Terra Muglà cum omnibus iuribus, et iuris-
dictionibus, et pertinentiis suis spectat et pertinet ad
Aquilegen. Eccl.am, eiusque Patham et Prepulem, ubi
idem Patha habet et potest pro voluntate sua de Po-
testate, sive de Capitaneo, et Rectore providere tam
virtute Privilegii Imperialis et Regalis antiquitus
ipsi Aquilegen. Ecc.ie, quod vidi, et legi, quam etiam
virtute pactorum ultimo contractorum inter bo-
me: Dnum Marquardum Patham et Cives ac Incolas
Terre supradicte, et propter hoc aredictae de Muglia annua-
li pensione

li pensione solvere tenentur pro regalibus et decimis vinum et oleum consuetum, nec non certam pecuniae quantitatem virtute ipsorum pactorum, de quibus apparere debent instrumenta publica manu q. Nicolaus [illegible] de Utino tunc Patriarchalis Notarii an. 1330 vel circa.

[illegible] Castrum S. Pauli in partibus Tervisinis cum villis cingulum, Cesane et Castro Lavagie, nec non cum Filiis de Medulo, et Meda atque universis iuribus et pertinentiis suis ex antiquo privilegio olim per ipso et [illegible] ad Patriarcalem mensam spectaverunt et spectant, licque Patriarchae qui pro tempore fuerunt consueverunt de Capitaneo et Rectore ibidem pro voluntatis libito continue providere. leg. forte Medone

Terra Portusgruarii, que aliquibus occupata extitit et liberata de manibus occupantium per fel. me. Dominum Marquardum Patriarcham Aquilegen. cui pro se et successoribus suis ac [illegible] Ecclesiae Aquilegen. Rubeae Terrigene et incolae ipsius terrae pro se, et communi eorum promiserunt plenam ac perpetuam fidelitatem et obedientiam homagiumque fecerunt, atque omnes introitus, dacia

iura

decia, iura, et iurisdictiones Terre ad ipsam communitatem quo-
vis modo spectantes. Sed postmodum ~~quod~~ idem Dns
Patha de gratia permisit eis medietatem dictorum introi-
tuum ad usum utilitatis et necessitatis Terre prefate et
Communis, de quibus manu Nicolussii Zanbini tunc Pa-
triarchalis Notarii apparere debent publica instrumenta
in anno 1371. vel circa. Ergo sunt aliqua in premis-
sis, ubi idem Dns Patha tunc temporibus propriis unum
Castrum satis forte [illegible] firmare
fecit [illegible]

[illegible]

In partibus Carniole et Marchie sunt plura Castra
et Terre spectantes ad Patriarchatum nostrum, dicta Castra
de [illegible] pertinentiis, que nunc occupantur per Comites Cilie, et
de Ortemburgh. Credo tamen quod ipsi Comites certas
investituras habent [illegible] Ecclesie.

[illegible]

Particule quedam [illegible] et tenentur regalia, et
temporalia [illegible] illis investi-
turam [illegible] Imperator in par-
tibus Italie extitit, alibi non [illegible], ut de generali
Privilegio Imperiali constare [illegible].

Castrum

Castrum quoque Vindisgraz cum mutis et omnibus pertinentiis suis olim fuit de patrimonio fidelissimae memoriae Dni Patriae Bertoldi, quidem Patriarcha illud et alia bona, iurisdictiones, et iura concessit perpetuo et donavit dictae Aquilegen. Eccle. eiusque Patriis * sed nunc Vassalli multiplices, et diversi recognoscentes diversa Pheuda a dicta Aquilegen. Eccla. et Patriarchis qui fuerunt pro tempore recipientes in forma debitas investituras, prout apparere vidi per authentica privilegia, et publica documenta, ea quae in materia eadem scripta.

* et supra dicta sed nunc occupati per Duces Austriae in ipsdem partibus * nunc Vassalli —

Dnus Dux Bavariae tenetur ex debito recognoscere Patriae Aquilegen. si forte aliquo requiratur, et ob hoc idem Dux tamquam Vasallus obtinet bona plurima ab Eccla. supradicta.

Dni Duces Austriae etiam sunt Vassalli Ecclesiae supradictae Aquilegien. eiusque Patriae, et Pastoris, et obtinent plura, et diversa bona et Pheuda a dicta Ecclesia in partibus Charinthiae, et aliis quae recognoscere debent, ut iam retroactis temporibus a Patriis qui fuerunt pro tempore recognoverunt.

Similiter

Similiter quoque Comites Gorritiae, Cilliae, et de Ortenburch [illegible] supradictae Ecclesiae Aquilegiae, et obtinent plura et diversa castra, et bona inde [illegible] a praefata Ecclesia et Patriarchis qui pro tempore fuerunt quae recognoscere debent, et se de illis investiri facere tenentur, prout alias fecerunt.

[illegible] etiam [illegible] tempore castra et bona feudalia plurima, et diversa quae non [illegible] forma debita recognoscere [illegible] tenentur.

Insuper [illegible] de Duyno debebat et debet recognoscere facere progenitorum suorum castrum Duyni [illegible] cum pertinentiis eorum iuxta antiquam [illegible] scripturam tenorem, quae [illegible] et [illegible] plenius [illegible] Aquilegiae Ecclesiae [illegible] de Duyno et [illegible] D[illegible] Marquardum [illegible] Aquilegiae [illegible], de qua requisitione debet instrumentum apparere publicum manu [illegible] tunc Patriarchae [illegible] Notarii [illegible]

Aliterum [illegible] est quod [illegible] Ecclesiae [illegible] fuerunt [illegible] penes quosdam de Societate Capponorum de Florentia certa scriptura et Regalia Privilegia continentia donationes Fori Iulii, alia

quae tenant

rumque locorum et terrarum ad eandem dictam Eccle-
siam spectantium, quorum Privilegiorum maior pars cum
bullis aureis bullata prout inde continere vidi pu-
blico instrumento manu q.dam Dni Melioranze Canonici
Utini tunc Patriarchalis Notarii scripto

Etiam apparere debent, et sunt Privilegia
clara et authentica Imperialia de confirmationibus
Privilegiorum Donationum, et Iurisdictionum Omnium
ipsi Aquilegen. Ecclesie olim per quosdam Imperatores
Imperatores, Reges, Principes et Dominos quomodolibet
concessorum.

Ego David de sta Felice Civis Utini
q.dam Egregii Viri S. Nicolai de Maniago publicus
Imperiali auctoritate Notarius suprascripta memorialia
ex vero et authentico originali suprascripti q.dam Dni Odorici
Andreae de Utino Patriarchalis Cancellarii in ipsteris et
commodato per Nob. Virum amicissimum meum S. Odoricum
de Susannis nepotem suprascripti q.dam Dni Odorici Andreae
fideliter exemplavi nihil addendo vel minuendo. Verum ta-
men quod nonnulla verba aliquibus in locis deficiebant non
quod ista pretermiserim, sed quod originale erat ab edaci ve-

vetustate

XB
hec desunt in
alio exemplo
a me viso et lecto

[illegible] corruptum, et ipso respiciente [illegible] quo ordinem malis
[illegible] accedente [illegible] exemplo [illegible] Clericis filii
magis de [illegible] [illegible] Andreae [illegible] dignissimo
[illegible] Patriae [illegible]. [illegible] Dei Amen.

[illegible] in alio ms. [illegible]

Addas] Certum est etiam quod de ipsis bonis et mensis bona plurima [illegible] sunt distracta, et quod nunc pro quieta possessione [illegible] Aquilegiae Civitatis atque Patriarchae in praemissis alienata et vendita, atque ad manus Personarum bonarum [illegible] non [illegible] In [illegible] non modo [illegible] et praeiudicium [illegible] Aquilegiae Civitatis atque Patriarchae et Praesulis non sine dolo forte translata.

Notandum est etiam publicum et notorium est [illegible] veterum tempore [illegible] est, quod in Civitate Aquilegiae, nec non in Terris Utini, Civitatis Austriae, Glemonae, Venzoni, Tulmetii, Montisfalconis, Portusgruarii, Sancti Viti, Sacili, Maranae, caeterisque Patriae locis nullus habet, vel praetendere potest in civilibus, vel criminalibus ius aliquod, nisi quantum de speciali Privilegio, vel Licentia, aut authoritate [illegible] Patriarchae obtinere [illegible] [illegible].

Nota

Nota constitutionem confirmationem per Serenissimum Principem Venetiarum Franciscum Foscari 1442 quae declaravit [illegible] fuit per omnes particulares constitutiones, consuetudines et statuta cuiuscunque loci Patriae conservantur eisdem non derogando per generales consuetudines et privilegia [illegible] Communitatum, et Nobilium provinciae Foroiulii et fine voluminis ubi incipit: [illegible] Principis [illegible] Dei gratia Dux Venetiarum etc. Nobilibus et sapientibus Viris Vitali Miani de suo mandato locumtenenti Patriae Foroiulii [illegible]

Exemplum fideliter de verbo ad verbum extractum ex Libro sive registro litterarum Cancellariae Reverendissimi Domini Antonii Patriarchae Aquilegiensis de 1397. Indictione quinta sic incipiens videlicet.

Nos Antonius tenore praesentium facimus notum universis praesentes nostras litteras inspecturis quod in hac nostra Patria nostros Officiales facimus, constituimus et ordinamus, et creamus videlicet Marescalcum, et Vicarium in temporalibus Generalem, Potestates, Capitaneos, et Gastaldiones qui tam in causis criminalibus quam Civilibus, et prophanis quibuscunque secundum antiquas praefatae Nostrae Patriae consuetudines cibus

per assumens

per aspartes, et non aliter undiquaque populatam et debitè habere usque minuspraré. Dum enim prefati nostri Officiales, vel ipsorum aliquis taliter pro [illegible] ad nos [illegible] petunt à civium partitas in causa de qua quaestio vertitur auditis hinc inde allegationibus quod dicis, et nunc per ipsos spartas contentionem [illegible] quorum [illegible] et inviolabiliter observatur, ac per praedictos nostros Officiales executioni debitè demandatur, ut hastinganas de mandamus [illegible] per ipsos spartas tradita sub formam. In cuius rei testimonium praesentes scribi iussimus, ac nostro sigillo muniri. Datum in nostra Civitate Augusta die 26 Aprilis Anno et Indictione quibus supra.

Ego Ioannes Pius Tergestinus q. Dni Andreae Imperialis Notarius [illegible] habitans pars quem reperitur Liber, sive Registrum litterarum de quo scilicet fit mentio suprascriptas litteras exemplavi ex dicto libro aliena manu contuli cum originali suo, cum quo [illegible] concordat, ideo me in fidem, et testimonium subscripsi. signo meo consueto apposito.

---

60

Ex pauciis foliis in Arch.
DD. Bajamontinis

Hic incipit in fronte
MCCCCLXXXVI. Sub Philippi
… Alemannicu

Cadubrii. Capitaneatus Cadubrii cum iurisdictionibus suis cum duobus castris, scilicet Plebis et Botestagni praeter custodiis quas tenent Capitaneus propriis expensis, venditur libris. CCC. et ultra.

Carneae. Castaldia Carneae: videlicet duo castra: scilicet Tulmetii et Moggii custodiuntur de expensis. Vel dabuntur marchis denariorum octo et ultra.

Capitaneatus Terrae Venzoni cum iurisdictionibus Venzoni suis aliis concessis est gratis.

Glemona Capitaneatus Terrae Glemonae valet marchis denariorum. LXX. et ultra, et Capitaneus tenet custodias castri, et Castaldiam Artenae.

Castaldia

Vide pag 13. in hoc o.7. ubi circa hoc alter Amanuensis.

No 2

Castaldia Buie ubi Capitaneum exprodendum ut supra solebat vendi Marchs. LXXX.

Castaldia S.ti Danielis pro marchs. denar. LXXXII.

Castaldia Fagagnae pro marchs. denar. XXIV.

Castaldia Tricesimi ubi Capitaneum exprodendum ut supra pro marchs. XX. et ultra.

Castaldia Sacigliani pro marchs. XIIII.

Capitaneatus Utini cum Gastaldia, jurisdictionibus pro marchs. L. et ultra.

Castaldia Civitatis Austriae pro marchs. XX. et ultra.

Castaldia Avori pro marchs. II.

Camera Utini pro marchs. L.

Muta Civitatis pro Marchs. LX.

Castaldia

Gastaldia Tulmini ubi duo castra, unum in monte, alterum in plano ultra custodiam vendi solebat march. V.

Muta Sclusæ quæ vendi consuevit in Ventiono pro Ducatis auri. CCC.

Capitaneatus Montisfalconis ubi castrum in monte custodiendum ~~[illegible]~~ pro march. XX.

Muta Montisfalconi pro march. CCC.

Gastaldia Manzani pro march. LXX.

Muta Aquilegiæ ~~[illegible]~~ Aquilejæ march. XL.

Gastaldia Agelli march. XXIIII.

Potestaria Marani march. LXXIIII.

Gastaldia Cavisani et Palazoli march. XVII.

Gastaldia Mossi

Castaldia Mosse marc. XXVIII.

Castaldia Nibule marc. VIII.

Castaldia sti Viti marc. C.

Capitaneus Terre Portusgruarii cum garrito et iurisdict. et medietate datiorum cuius maior pars in custodia Castri expenditur, solebat ducatos marc. L.

Castaldia Medune ubi unum Castrum marc. C.

Castaldia sive Capitaneatus Sti Stani ubi Castrum [illegible] Turris [illegible] marc.

Castaldia Turris cum iurisdict. et castris expendendis marc. XXIIII.

Castaldia Aviani marc. XIIII.

Castaldia Maniaci modicum valet, [illegible] pluribus temporibus.

temporibus Nobilis fuerunt immunes ob servi-
tia fidelia.

Capitaneatus locili ubi castrum custodiendo
ut supra cum Expeditis [illegible] Canipa. Mans. C.

—

Marchionatus Istriae pro libri pensione
Mansi [illegible]

Castrum Petra Pilosa possidetur pignoris
nomine sub eiusdem patrij per Dnd. Dominum de
Castello, et spectat ad Patriarchalem mensam.

Terra Mugla debet annuatim regalia et de-
cimam Vini et olei Dño Patriarchae forensem
tum et Rectorem mittit ex Privilegio veteri, ex
[illegible]

Civitas Tergesti redempta per Dnd. M. Pa-
triarchā a Venetis ultra fidem obbligatam. P. ex
iuramento et obedientia solvit [illegible] relatas. congia vini Rubo-
lati urnas. C. et denar. Mansi. C. Dni. P.

mittis

Leg. Marquardi.

Leg. Patriarchae

mitis Rectorem. Hec manu Iacobi de Tagady conscript.

Canipe Patriarchales Utini, Civitatis Austr. et Aquilegie necnon aliarum solvebant in uno frumento et pecunijs.

Census iurium et terrarum Ecclie ascendunt ad Ducat. Duo millia et ...

leg: potius. Evangia

Tractio Vini de Ecclia quod estimatur in Evan. ascendit ad med. vini et ... amphora et vinum ducatum ... ...

M.C.LX.

Capitaneus S. Danielis in partibus Tarvisinis ubi Capitaneus ... q. pro Duc. C. et ultra. Condemnationes ... Patriarchali applicantur

Ad requisitionem
Dni Philippi de Alençonio Episcopi
Concordien
Odorico Andreae de Utino Cancellario
Ludovici et Marquardi, et Philippi
Patriarcharum super rationibus
honoribus, jurisdict. ad memoriam et
conservationem hec mandavit in litteris.

Primo quidem supradictae Aquilegen Ecclesiae eiusque Pastoris et Praesulis Patriarchae hanc super novitatem iure Metropolitico super Episcopis XVII. Concordiam, Ceneten, Tarvisinum, Paduanum, Veronensem, Vicentinum, Mantuanum, Cumanum, Tridentinum, Feltren. et Bellunensem, Tergestinum, Emoniensem, Parentinum, Petenan. Justinopolitanum et Polensem.

Item Capitulum Utinense et Abbas Montis de Piro Tarvisine Diocesis Aquilegien Ecclesie et eiusque Patriarche sunt immediate subjecti.

(a) a Illmo Rmo Dno de Rubeis non admittit Dnus Concordien. - V. monum. Eccl. Aquil. - p. 960. lit. A.

Item quilibet Patriarcha habet jus anteferendi crucem in memoriam Passionis Domini quocunque incedit, praeterquam ad praesentiam Pontificis.

Patriarchalis Dioecesis extenditur per [illegible] Patriarchatum et Ducatum Foriiulii praesertim citra Tilaventum inclusis contratis Carneae et Cadubrii, et per Archidiaconatum Karinthiae, Istriae, Carniolae, marchiae ubi ordinariam potestatem seu auctoritatem [illegible] Patriarcha, et creare Archidiaconum et alia beneficia confirmare et [illegible] clericos castigant.

Etiam ultra Tilmentum Patriarcha confert auctoritatem ordinariam more suorum Praedecessorum. Electos curatos in [illegible] Tarvisium. In Paduana, et [illegible] [illegible].

Abbas Sextensis cum Monasterio est subjectus R. Patriarchae et similiter Abbates Rosacensis, Bellunensis et Mozacensis et Praepositus cum Monachis in Archidiaconatibus praedictis.

[illegible] Monasterium [illegible]

Monasterium Dominarum Mariae et Mariae [illegible] Civitatis Austriae, sed non Monasterium Dominarum in Archidiaconatibus praemissis immediate subsunt Dno. P.

by Patte

Canonicales Praebendas et beneficia in Collegiatis de Utino, et de S^to^ Stephano penes Aquilegiam habere auctoritatem ordinariam conferendi, et unum Vicariam in Ecclesia Aquilegiensi et aliud in Civitate ... [illegible] nonnulla alia beneficia in Ecclesiis earundem. Sed ipsae Vicariae eorumque collationes sunt temporales tantum et non perpetuae, et durant solummodo ad beneplacitum conferentis ... [illegible]

[illegible]

Archidiaconatus quoque [illegible] ~~[illegible]~~ Carniolae, et Marchiae ad tempus, [illegible] ad [illegible] beneplacitum conferuntur, et sunt potius officia quam beneficia, quidem [illegible] de Archidiaconatibus Cadubrii et Carnae, [illegible] clarum non habeo.

Insuper de Insula et Plebe [illegible] ex quatenus

[illegible]

ubi [illegible] [illegible]

liter potissimum tempore Poponis idem Popo in Conciliis Imperialibus Papalibus obtinuit Patham Erabensem expulso nomine. Sunt plura instrumenta superinde -/.

De Ducatu Forijulii sunt plura, et diversa antiqua publica instrumenta, Privilegia Imperatorum Romanorum et Regum à me visa et lecta qualiter Patria et Ducatus cum Terris, Locis, Iuribus et iurisdictionibus quibuslibet fuit perpetuo Donata Stae Aquilegen. Ecclae et successoribus.

Sunt etiam publica et autentica Privilegia antiqua à me visa et lecta, ~~[illegible]~~ de Donatione facta Ecclae Aquilegen. et Patriae de Castris Buje, Tarcenta, Ermante, Utini et Puzoli cum tribus milliaribus circumquaque quodlibet Castrorum cum Terris, iuribus etc. infra limites superscriptos.

Officia

Principales et potiores ministeriales Ecclesiae

Aquilegen.

Aquilegen. de Castellum scilicet Nobiles de ~~Tagano~~ Cucca-
nea. Partistagno, et Valvasono qui vocantur Came-
rarij, et custodiant Cameram Patriarcharum preci-
pue tempore Vacationis cum pertinentibus ad cameram.

Nobiles de Spegnimbergo qui vocantur Pin-
cerne sive Canipari tenentur custodire Canipas cum
pertinentiis ut supra.

Nobiles de Amicucio et Tricano qui vocantur ~~~~
Manescalchi, et Vexilliferi Ecclesie Patriarchalis tem-
pore bellico custodiunt stabulum P. dicte Ecclesie
tempore vacationis ut supra &.

Nobiles de Prampergo qui vocantur Magistri
Coquine Patrialis, et debent custodire coquinam P.
et habent Nobiles ipsi occasione ministeriorum
et officiorum huiusmodi plura feuda, bona et
redditus sub ipsa Ecclesia ultra eorum fortilitia
que possident et custodiunt.

Nobiles de Pinzano et Porcileis vocantur Comi-
tes et

iis et liberi et nunc Vasalli Ecclesiae et comitatus ipsorum sunt feudum Ecclesiae et ea recognoscunt ut patet instrumentis visis et lectis.

Certi Nobiles de Castello, de Strasoldo, Villalta, Castellerio, et Cauriaco olim vocabantur de genere liberorum, sed quia per matrimonialem copulam nati sunt de genere Ministerialium, ideo Ministeriales vocantur, nunc recognoscunt Castra et plura bona in feudum, licet antiqua eorum feuda plene in scriptis non dederint.

Similiter ceteri Nobiles huius Patriae Ducatus Forijulii recognoscere debent eorum Castra, et plura alia bona in feudum, licet antiquitus non fuerint tradita ad plenum ipsa feuda et investiture in scriptis.

Sunt etiam certi Nobiles vocati de genere Habitatorum, videlicet illi de S. Daniele, de Attemps superiori, de Manzano, de Maniaco p. ——— de Zegania, de Pincano, della Frattina, qui recognoscunt

Castra

Castra sive fortilitia in feudum jure habitantiae.

In Castro Sti Viti, Utini, et aliis locis, et Medunae sunt certi habitatores qui recognoscunt domos mansos et bona titulo habitantiae.

Co. Notandum quod Patria quilibet tam superioribus feudis, quam minis mobilibus et habitantiis ceterisque bonis ad investituram suam spectantibus, debet omni vigilantia providere quia plurima sunt destructa et alienata.

Addit etiam quod in Civitate Aquileiae, et in Terris Utini, Civitatis Austriae, Glemonae, Venzoni, Tulmetii, Montisfalconi, Portusgruarii, S. Viti, Sacilli, Medunae ceterisque Patriae locis nullus habere vel praetendere potest in civilibus vel criminalibus jus aliquod, nisi quantum de speciali Privilegio vel licentia et auctoritate P. noscuntur obtinere.

Tam Nobiles quam alii cuiuscunque conditi-

onis et status obtinentes facta ministerialia habitan-
tes et cuiuscunque conditionis bona ab Ecclesia tenen-
tes recognoscant infra annum novi Pastoris, seu post-
quam eis possidendi fuerit quomodolibet ius novum
acquisitum, nisi huius [illegible] privati nos-
cantur. et Pacta ante annum de illis ad ea devolutis
disponit ut observatum est, [illegible] ino-
bedientes realiter vel personaliter de crimine [illegible]
[illegible] puniendis.

## Marschalcus.

Officialis Generalis et Vicecapitaneus in crimi-
nalibus est Marschalcus, qui ad nutum [illegible] R. Ca-
pitanei habet potestatem custodiendi itinera Pa-
triarchatus et puniendi crimina commissa in itineribus
et locis ubi non praesident Capitanei, Potestates, Gastal-
diones et alii Praesidentes, nisi ipsis deficientibus ab
officio, reservatis tamen honoribus Patriae consuetis.

Officiales vero ceteri ut supra per R. constituti
ad gubernandum, habent ius civile et criminale,
quibus deficientibus ab officio Marschalcus supplet.

itinera.

Itinera et viæ publicæ potissimum extra fortilitia spectant. P. utque Marascalco que debet punire quæ in eis locis committuntur

Aquæ similiter effluentes per Patriam currentes spectant ad iurisdictionem P. utque nemora sylvæ aucupia, venationes, piscationesque, de quibus extant privilegia. Donationes aquarum a montibus ad mare in quo nullus potest ædificare Pontem nisi P. De aqua Natisse transeunte per Aquilegiam patent ampla instrumenta, et Privilegia etiam Imperialia. Item de terra supra Clusam de Carpeneto existente donatio Ecclesiæ Aquilegien. Item de donatione Capri montis Villis cum pertinentiis Iurisdictionibus etc.

Marchionatus Istriæ et tota Istria consuevit obedire P. ex antiquis Privilegiis, tamen Veneti occupaverunt Polam, Iustinopolim, Parentium, Emonam, Parvum montem, et licet extiterit sententia arbitraria per Dominum Comitem Sabaudiæ inter Regem Ungariæ, Venetos, Dominum Paduæ et Aquilegien ipsa tamen ex una, et Venetos ex alia, Pontifex habere voluit tam dictam.

tem diffiniendi et determinandi inter ipsas partes de Iu-
ris Civitatis et iuribus et occupantibus.

Dicitur quod anno 1380. Marquardus P. auxi-
lio Communium Venetorum Civitatem Tergesti cum
Castris de Moccho et Muculano. Addit quod D.
Raymundus de Castello nomine pignoratitio tenebat Ca-
strum Petrae Pilosae spectantem ad mensam P. et post
violentiam obtinuit occupare Marchionatum, in quo
adhuc ultra occupata per Venetos continentur
Castra Aquilegiae [illegible] videlicet de Buleij.
Portulis. Pinguento. Albona. Flaiona. Collina. Ra-
cia et duobus Castris.

Terra Mugle cum omnibus pertinentiis et Iu-
risdictione spectat P. cui praefuit quondam, unde
solvebantur pro Regalibus et Decimis [illegible]
cinquanta et [illegible] de quibus dicitur patere in-
strumentum manu J. Nicolussii Zerbini 1370. [illegible]

In partibus Carniolae et Marchiae amplum
Castra et bona spectantia ad mensam P. [illegible]

Da [illegible]

de Coa. Vissgraz. et dissperch cum pertinentiis. Nunc occupantur per Comites Ciliae et de Orthemburg, credit tamen ipsos Comites obtinuisse quasdam investituras, non recognoscant.

Patriarcham quemlibet tamen regalia et temporalia ab Imperatoribus recognoscere et investire non accipere, et potissimum quando erant in partibus Italiae, alibi non, ut dixit vidisse ex speciali Privilegio.

Regem quoque Bohemiae teneri Patr. Aquilegensem redimere si forte captivus fuerit et ob quae idem Rex tamquam Vassallus tenetur ad regalia, et temporalia et obtinet bona plurima ab Ecclesia Aquilegensi.

Domini etiam Duces Austriae sunt Vassalli Ecclesiae Aquilegensis. et obtinent plura bona et feuda ab Ecclesia Aquilegensi. in Karinthia et alibi, et recognoscere debent, et recognoscunt.

Similiter Comites Goritiae, Goritiae, Ciliae et Orthemburg sunt Vassalli Ecclesiae, et tenentur ut supra.

Insuper Dni Duynati et Antecessores soliti erant

recognoscere

recognoscere Castrum de Prem. Solessynek cum pertinentiis.

Dicitur quod tempore Otoboni P. depositata fuerunt, seu pignorata Privilegia penes quemdam de Societate Caponorum de Florentia Bullis aureis bullata continentia donationem Pontificalis, et aliarum Terrarum spectantium ad ecclesiam Aquilegien. ut dicitur patent publicis instrumentis manu Bellegrantie Canonicis Utinen. notarii Patriarchalis.

Epitaphia

in praedictis foliis

## Epitaphia

in Civitate Forojulio inventa

Ad portam S. Dnici:

C. ARRIVS. C. F. MONIM. S. T. I. SEX. ACILIVS.
in hervis facit.
C. T[illegible]. F.

~~[illegible]~~

Q. CÆDIVS. P. F. IVR. PER. P. SEX. VIR. TERGESTE
V. F. VINESIA Q. MAXVMA VX. APVSIDIA C. F.
SECVNDA MATER. CÆDIVS P. F. FRATER.

---

In Ecclesia maiori

CÆCILIO RVFIN. EQ. V. Q. CÆCIL. RVFIN. PRAEF.
FIL. QVI. VIX. AN. X. D. XXIIII. AVRELIA GEMELLINA
MATER. F. INCOMP[illegible] POSVIT

---

Ibidem in lapide effracto

TIT. CL. ASIANVS IIII. AQVIL. TVTILIÆ ME=
DAME CON.

---

In arca lapidea digitalibus lineis
pulcherrimis

*pulcherrimis Roman.*

LIBERISQ. POSTERISQ. EORVM.

---

*In eadem Ecclesia cum Manibus hinc inde alatis.*

D. M.

REVIDIAE MARCELLAE FEMINAE CAST. ET VERE=
CVNDIAE CVLTV SING. SEXTIVS HEROS OB INSI=
GNEM EIVS ERGA CO

Ex media folio in Archo.

Civitatis Austrie.

(Foris)

Carissimis fidelibus nostris Gastaldioni

Provisoribus Consilio et Communi Terre

nostre Civitatis Austrie.

(Intus)

Philippus de Alenconio Epus Sabinen Card.

Patha Aquilegen.

Carissimi fideles nostri. Heri feliciter applicuimus cum comitiva nostram ad hanc Terram nostram. Et quia ut nostis. Nisi potentia nostra fideliumque nostrorum, tanta sit infra XXIII. diem presentis mensis quod iuxta Terram nostram Tulmetii possimus tenere campum uno die ex tunc Castrum nostram Tulmetii ex pacto assignabitur inimicis. Ideo fidelitatem vestram ex precipua confidentia iterum et iterum prout cordialius possumus ex... tamur quatenus sicut

nos et

nos et Aquilegen̄ Ecclesiam matrem vestram et libertatem Patrie diligitis prout experimentaliter novimus, hinc ad nos in termino generalis Colloquii quod de proximo celebraturi sumus cum quanto maiori poteritis equitum et peditum armatorum comitiva ultra illos quos nobiscum habemus ex vestris usque ad extremum potentie vestre venire seu mittere non obmittatis. Pensantes et debite fidelitatis oculis intuentes quantum nobis et prefate Ecclesie nostre, nec non vobis ex

nobis, preiudicium foret, atque dampnum quantumque confusio si deinde Castrum per modum huiusmodi perderetur. Nos autem auxiliante Domino, qui iustitiam non deserit malignis huiusmodi emulorum nostrorum atque vestrorum conatibus viriliter resistere volumus, cum vestro et ceterorum Fidelium nostrorum auxilio toto posse. Dat in Terra nostra Glemone die xvj. Octobris Indictione V. =

= Indictio. V. respondet Anno M.CCC.LXXXII.

Ex medio fol: ut retroscripto est

[illegible] nihil.

Nobilibus et circumspectis viris Dnis... Capitaneo... Consilio et Communi Terre Utini. Nos Lodovicus Castaldio... Provisores, Consilium et Commune Terre Civitatis Austrie per presentes facimus manifestum, quod Reverendissimus in Xpo Pater et Serenissimus Princeps et Dns noster Dns Philippus de Alenconio divina miseratione Episcopus Sabinensis sancte Romane Ecclesie Cardinalis sancteque Sedis Aquilegen. Patriarcha Nobis precipiendo mandavit nos renunciare debere Lige aliis inite et habite inter Inclitum Ducale Dominium Venetiarum, Magnificum Dominum Veronensem, nos et alios de Patria, atque nos Nicholaum [illegible] precipiendo mandavit ut eidem contra quoscunque sibi de Patria inobedientes servire efficaciter debeamus. Nos igitur considerantes ipsam Ligam per nos fuisse factam

vi et maris causa, ut vobis et omnibus aliis de Patria constat, Deo teste, ac etiam ligam ipsam factam fuisse contra honorem et statum ipsius prefati Dñi nři Cardinalis Patriarche et Patrie libertatis prout exitus rei monstravit, licet verba aliud innuerent. ac considerantes quod nos et vos, ac ceteri de Patria eidem Dño nřo ante ligã huiusmodi prestitimus fidelitatis corporale debitum sacramentum. Disposuimus mandatis ipsius Dñi nostri Cardinalis Patriarchę, ut tenemur humiliter obedire. Quapropter vobis significamus quod nos non in ipsorum Ducalis Dominii Venetiarum, et Magnificentie Veronensis obprobrium vel contemptum, sed nolentes infamiam rebellionis incurrere ipsi Lige renuntiavimus et per presentes renunciamus expresse. Declarantes vobis quod pro conservatione libertatis antiquę et status pacifico Aquilegeñ Ecclesie et nostre Patrię Fori Iulii. Eidem Dño nostro Cardinali Patriarchę contra inobedientes quoscunque de Patria auxilium et favorem

vorem præstabimus, iuxta posse. Dat. in Civitate Austria, die vigesimo tertio mensis Septembris Millesimo Tricentesimo Octuagesimoquinto. Indictione octava.

---

Ex quadrantis foliolo servato
ut supra.

Ferr. Michiel. intus: Copia

Reverendissime in Christo Pater ac Domine mi Illustrissime: humili recommendatione premissa. Noverit Vestra Reverendiss. Paternitas iuxta litterarum vestrarum tenorem me Domino nostro exposuisse quae continebantur in illis: easque ibi de verbo ad verbum perlegisse, et per spatium longum singula consideranda revoluta apud E. S. fuisse, quod multum constanter asserit non dedisse consensum, nec etiam dare velle, quod de beneficio vestro disponatur nisi ad utilitatem, honorem et voluntatem Paternitatis Vestrae,

quodque

quodque si Ambasiatores venerint ad id concludendum nichil quod hec reportabunt, prout hoc et alia vive vocis oraculo referam. Ad Paternitatem vestram infra tres dies iter arripiam propter alia. Presentationi litterarum non potuit interesse Dns meus thesaurarius infirmitate detentus. Paternitatem vestram metuendam conservare dignetur Altissimus feliciter et longeve. Scriptum Janue XXVII. maii festinantissime ea propter dignemini ignoscere inepitudini scripture.

Vester Clericus Iohes egidii.

a tergo

Reverendiss.° in Xpo Patri ac Dno Dno Philippo Cardinali de Alenconio Patriarche Aquilegen Dno meo metuendissimo

Pro sequentis dilucidatione vid: pag: 508. d.T. XLIII.

Ex folio reverso in Arch°
Civitatis Austriae, foris
inscripto:

Nobilibus et circumspectis Viris
Deputatis Civitatis Austriae
eorum Dnis honorandis.

(Intus)

Nobiles et circumspecti Dni nostri. Nunc restat Reginalem adventum; Auxilium à Dno nostro postulatum, atque concessionem Absolutionis procurante, quia nostris in eternum non peribit, gratissimam vobis cum gaudio nunciare. Ipsa itaq. Dna Regina die Dnico XXij. mensis Novembris cum multis gentibus Zagrabiam applicuit. Cui Dns noster Cardinalis, et Patriarcha cum Episcopis quinque Cristoviensi et Zagrabiensi, et aliis pluribus Nobilibus Baronibus, qui pervenerant civitatem usque ad quamdam Ecclesiam per tria milliaria vel circa distantem. Ubi quidem ipsa Dna

Regina

Regina cum suis filiabus Reginis ~~[illegible]~~ et aliis pluribus Dominabus curricam descendens duobus tapetis super nivem extensis, ac ipse Dominus noster se invicem multo lete receperunt solemniter ac honeste. Qua die ipse Dominus noster eandem Dominam Reginam ad domum - - - personaliter ~~visitavit~~ visitavit. In crastinum vero, videlicet die xxiij. Novembris ad Reginalem Maiestatem ipse Dominus noster accessit, in cuius conspectu et plurium Prelatorum maxime Domini Strigoniensis et duorum Episcoporum prescriptorum presencia aliorum quoque Baronorum et Nobilium, quamdam fecit collacionem que incipit: Astitit Regina a dextris etc. commendans ipsam Dominam Reginam et filias, necnon felicis memorie Regem, et subsequenter iniurias, damna, violencias et molestias sibi, Culagie sue ac suis fidelibus et maxime Civitatensibus illatas, eleganter exposuit, et egregie petens et requirens a Maiestate Regali auxilium, consilium et favorem tum respectu iusticie, tum intuitu con-

sanguinitatis

sanguinitatis tum vero virtute Unionis et ligae. De qua quidem tanta eloquentia ipse Dns noster fuit maxime ab intelligentibus multipliciter commendatus. Alia vero die sequenti, in conspectu Regie Maiestatis et plurium Prelatorum, Nobilium ac Baronum nostram fecimus Ambaxiatam pro parte vestra prout Deus administravit habita audientia graciosa. Tempore autem medio ante conclusionem infrascriptam solicitare Barones Dns non cessavit, nos etiam pro posse conantes fuimus vigiles ac soliciti ad predicta. Habito itaque consilio per ipsam Dnam Reginam cum Prelatis ac Baronibus diligenter deliberatum fuit die secunda huius mensis presentis, quatenus ipsa Dna Regina eidem Dno nostro deficere non debeat, immo sibi prebere gentium subsidium, et favorem, ac sic ipsa et sui Barones sunt dispositi inconcusse, que sentimus indubie relatu fidedignorum, ac a Dno nro prefato, et precipue ipsa Dna Regina, prout in consilio clare dixit

non

non solum cum. ii. lanceis, quas petivit, verum ad viceni, quadringeni, quinjenti et ultra ac donec veram habuerit obedientiam, ipsius Dominum nostrum consanguineum suum juvare intendit. Responsio autem quam expectamus de hora in horam non est facta, quia procuratur cum Ambaxiatoribus Utinen, utrum velint ad veram obedientiam suam converti, quod non creditur, ymo denegarunt expresse de honoribus, ac per Dnam Reginam, ac alios, longum esset enarrare Dno nostro impensis. Igitur estote constantes, et procurate pro victualibus et pro pabulis equorum, ac hospitiis, indubie enim speramus, quod in brevi contra emulos gentium videbitis apparatum. Valete et destructores Patrie confundantur. Datum Zagrabie festinanter die secundo mensis Decembris Indict. VI.

Vestri Concives Paganus Can.cus
Odorlicus de Monasterio Nor.s Curiae } cum omni recomendatione.

Ex foliolo in predicto Arch°.
Civit. Auste. foris inscripto:

Nobilibus honorabilibusque viris Dnis Castel-
dioni, provisoribus et Communitati Terre
Civitatis Auste maioribus honorandis etc.
Intus.

Nobiles, maioresque honorandi. Noveritis nos rece-
sisse a Portu Latisane die Lune xviii. mensis Maij
et intrasse navim, ac iter arripuisse versus Arimi-
num, ad quem locum pervenimus cum maxima tem-
pestate maris; et tandem pervenimus ad predictum
locum die xxiii. predicti mensis Deo gradiuvante
nova abemus per aliquos rumores quod Sanctissimus
Dns noster Papa recessit a Roma et venit Viterbium
cum aliquis Chardinalibus, sed prout audivimus
Reverendiss. Dns noster Chardinalis Aquiliensis
in Roma remansit, sed utrum sit vel ne ignoramus,
Accedante acceleravimus iter nostrum hodie, hinc
recessuri de die in diem vobis rescribemus per pri-
mos

mos nobis occurrentes mentis rogantes etiam ut nobis similiter faciatis. Valete feliciter prout optatis. Datum Arimini die XXIIII. mensis May &c.

Nicholaus de Portis
Iohannes de Canussio &c. de Civitate Austria com̃ recomendatione.

---

Ex foliolo oblongo servato
ut hic supra et foris inscripto:

Fidelibus nostris carissimis Gastaldioni. Provisoribus Consilio et Communi nostre Civit. Austrie. Dentur.

Philippus de Alenconio — Episcopus Sabinen Cardinalis / Patriarcha Aquilegen.

Fideles carissimi: Ad vos revertentur Dni Paganus, et Odoricus Canciveres vestri, qui omnia que apud Regionalem Maiestatem Ungarie operari timues, et potuimus operari, oculata fide serva-

servant

perunt et sciverunt, et ideo plene informati vobis referent plenaria quicquid scribere velleremus. Quibus et eorum cuilibet in dicendis pro parte nostra velitis fidem credulam adhibere. Dat in Susio. Zagrabien. dioc. die XX. Decembris.

---

Ex folio ut hic sup. signato,
et foris inscripto:

Carissimis fidelibus nostris Castaldioni Provisoribus Consilio et Comuni Terre nostre Civitatis Austrie.

(Intus)

Philippus de Alenconio { Epus Sabinen. Cardlis. / Patha Aquilegen.

Carissimi fideles nostri. Ne de occurrentibus optamus latere fidelitatem vestram. Scire quod primo die mensis huius sani et incolumes pervenimus hic ad presentiam Reginalem; sed propter aliqua ardua subito occurrentia Reginali Serenitati oportuit eam heri abhinc discedere et ire Budam. Cuius

rei

Cuius rei occasione hic habere non potuimus votivam expeditionem huiusque in factis nostris. Oportet quoque nos sequi Serenitatem ipsam usque Budam; ubi etiam reperiemus Dominum Cardinalem Strigoniensem et Confessorem Reginalem, quorum presentia nobis utilis erit in factis nostris. Vidimus syndicatum Nuntiorum Utini etc. qui plenissimus est ad compromittendum de omnibus differentiis etc. in Dominam Reginam etc. quamvis tamen huiusque ipsi nuncii, solito more quaerentes dilationes et subterfugia, dixerint eis esse impositum quod compromittere debeant uno excepto scilicet obedientiam, prout intelleximus. Quod perpendentes nos requisivimus absolute Reginalem Maiestatem de gentibus iuxta promissa. Super quo puncto propter subitum recessum Reginalem ut prefertur, votivam expeditionem nondum potuimus obtinere. Speramus tamen quod Reginalis Serenitas contra promissa non veniet. sicuti nec poterit cum honore suo pro quo solliciti erimus toto posse omnibus viis et

modis

modis. Et quia facta ista magis protrahuntur, quam putassemus, instatque treugarum finis ut in omni eventu provisum sit necessitati nostre et vestre contra inimicos. Placet nobis et volumus quod tractetis et concludatis cum Dno Comite Goritie nostri parte et vestra prout melius poteritis. Super quo plenam et liberam vobis damus tenore presentium facultatem. Et contentamur quod illa ii m. florena solvenda in principio guerre per eum faciende aut etiam in casu quo non esset de auxilio requisitus infra proximum mensem Aprilis prout nuper scripsistis per Reynaldum familiarem tamen reperiatur omnibus viis et modis. Nos quoque nobis obligare parati sumus omnia bona ecclesie nostre Aquilegen. pro dictis ii m. Ita tamen quod illa pauca bona que possidemus, que ut nostis vix sufficiant ad tertiam partem expensarum nostrarum, nobis maneant salva. Avisamus vos insuper propter generalem clausulam, quam

scripsistis

scripsistis de certis pactis et conventionibus aliis
habitis cum ipso Comite, in sua robore perman-
serint. Non intendimus quod pactum illud rema-
neat quod non possimus facere pacem aut treugam
sine eius voluntate. Ad quod minime propter
tractatum quem hic prosequimur ut nostis, et ex
aliis iustis causis. Occurrentia autem insuper
in negotiis nostris statim absque mora significa-
bimus fidelitati vestre. Cui Iohannem gratis
totum vestrum fidissimumque nostrum. Cui hac-
tenusque beneficiistis multipliciter, ut nobis retulit,
Unde vobis toto corde regraciamur recommen-
damus toto cordis affectu. Cras, dante Deo, rece-
demus abhinc tendendo … tramite versus Bud.
In Domino feliciter valeatis. Datum in Sancto
Demetrio die vii. Martii. Indictionis viij

Volumus insuper, quod conclusionem firma-
ta cum dicto Comite, vos vestro nomine ac
nostro, ipsum dictum Comitem dicto mensem
Aprilis

Aprilis infallibiliter requiratur de auxi=
lio, nisi intimemus, propter alia occurren=
tia vobis dederimus contrarium in man=
datis. Ne ipse Dns Comes dicta · ii · habeat
frustrari. Datum ut supra.

Philippi de Alenconio
Patriarchae Aquilegen.

ex Libro: M-S. Monumenta
Historica

Tomus. IV.
servato a NoB. D. Carolo Fabritio
qui descripsit.

pag. 213.
1381.

Serenissime Princeps, Refugium singulare, et Domina, in quo post Deum tota vita nostra consistit. Significamus concordium amicitudinis, quod Sanctissimus Pat nostri Papa quo mote penitus ignoramus tale et tantum nobilissimum Ecclesia sancte Dei membrum, et locale dignitatem Patriarchatus Aquilegensis dedit in commendam Dño Sabinensi, de cuius persona nobilissima, famosa, et virtutibus splendiante laudabiliter commendanda nichil dicimus, sed de datione comande fore novum, et inauditum declaramus, nam a Beato Marcho Evangelista citra, qui primus sedit in huiusmodi dignitate semper salvis vacationum tempo-
ribus

ribus recta et gubernata hec Ecclesia Aquilegen. benedicta successive fuit per Patriarchas, qui non solum Pastor est eiusdem Patriarchae, quoque Princeps Italiae, Dux, Marchio, et Comes quorundam nobilissimorum titulorum clarus, et varias habet potentias, et iurisdictiones, nec non eadem gaudet Suffraganeis episcoporum circha XVII. in Lombardia, et in aliis Provinciis, ac serenissimis ac Nobilibus Vassallis, videlicet Rege Boemiae Ducibus Austriae, et Karinthiae, comitibus Goritiae et de Ortimburch, et aliis pluribus Baronibus Nobilibus et Clericis in multitudine copiosa: ita quod Magestas Vestra loquendo cum ardore et fervantia reverenter tenetur providere, quod ipsa dignitas, cui est commissa, et in protectione, et deffensione tenet de voluntate Dominorum Rege et Imperatoris, ne tali et tanto nos privetur honore. Et ipsa commenda sortiatur effectum, quod Altissimus advertat fructus eius erit confessio. Exoramus humiliter igitur et devote, ut hei ipsi culmini regali supplicando dignemini, licet prorsum sit per Patriam delegare Ambaxiatores ad eundem Dnum nostrum Papam pro ipsius commenda revocatione. Vestra in his salutaria remedia adhibere, ut exinde retributio meritorum sit Vobis gloria eternalis. Cum ipsa dignitas non

patitur

patitur nec pati posset comendam que in suis beneficiis fieri consuevit, hec autem venit continue gubernanda, et regenda per Presidem suum verum regentem nec subditos fidelissimos, et reparabiles, scilicet Prelatos, Nobiles, et Communitates in grandi copia sub titulo Virginis gloriosissime quo ipsius titulatur Ecclesia. Datum Utini die .XIII. Aprilis Indictione XV.

Ipsius Maiestatis servunculi, fideles, et humiles ad grata et mandatorum genera iuxta posse parati Federicus de Savorgnano, Consilium et Comunitas ipsius Terre Utini.

ex Apographo
quod in Tabulario Mag.ce Civitatis
Utini servatur.

[Ex D. Can. Fabritiis Utinen.]

ex codd. To: IV. pag: 220.

Ex eod. Tom: IV. pag. 220.

1381.

Nos Iordanus Abbas Monasterii sanctorum Cosme et Damiani Iadrensis diocesis Ordinis sancti Benedicti, et Iohannes de Pontremulo Doctor utriusque iuris Dni nostri Papae Capellanus ipsiusque ac Causarum Curiae Camerae Apostolicae generalis Auditor. Universis praesentes inspecturis notum facimus per praesentes quod virtute specialis commissionis, et auctoritate nobis concessis per Reverendiss: in xpo Patrem et Dnum Dnum Philippum de Alenconio miseratione divina episcopum Sabinensem Cardinalem, ac sanctae Aquilegensis ecclesiae Patriarcham, ut nobis declaravimus, liberum arbitrium et potestatem Nobis datam per praefatum Reverendissimum Dnum Cardinalem et Patriarcham tollendi interdictum de Terra Utinensi, et Colligatorum et adhaerentium positum in ipsis auctoritate dicti Reverendissimi Dni Cardinalis et Patriarchae, et dandi licentiam eisdem Utinensibus, et eorum Colligatis, et adhaerentibus, Clericis et personis ecclesiasticis quibuscumque in dicta Terra, et Colligatorum et adhaerentium celebrandi, et alia divina officia in ipsis ministrandi et ipsis se immiscendi, et eisdem Utinensibus et Colligatis

et Colligatis et adhærentibus libere accedendi standi et morandi, atque mercandi per terras dicti Patriarchatus, nostræ tunc intentionis et voluntatis fuisse, et esse quod licentia, et auctoritas prædicta per nos data, ac interdictum in suspenso esset usque ad festum Sti Andreæ proxime venturum. Nunc vero ex certis et rationabilibus causis nos moventibus iterato dictum interdictum suspendimus, et licentiam prædictam de novo concedimus, atque damus prædictis Utinensibus et eorum Colligatis, et adhærentibus ultra dictam nostram concessionem, et declarationem videlicet usque ad festum Ephyfaniæ Domini nostri Iesu Christi proxime futurum: sperantes inductiæ quod dicto termino reversi a Regia Maiestate Ungarica, ad quam præsentialiter mandato Dni nostri Papæ nos conferimus omnem contrarietatem, et obstaculum totaliter removebimus in quacunque parte consistat propter quæ Utinenses, et Colligati, et adhærentes celebrare, ire, stare et mercari poterunt sicut prius ante interdictum et prohibitionem quamcunque. Datum in Venzono dicti Patriarchatus sub nostris sigillis die vigesimo sexto Novembris Pontificatus Sanctissimi Dni nostri Dni Urbani Papæ VI. Anno Quarto.

Iacobus

Jacobus de Lamola Notarius Curie Camerǽ Apostolice, et dictorum Dominorum Ambasciatorum.

ex Autographo in Tabulario Magnificǽ Civitatis Urbini asservato.

[ric D. C. Zolicis]

M.CCCCLXXXIII.

pag: 113.

MCCCLXXXIII.

Infrascripta sunt, quae dicuntur et offerun-tur Serenissimae Reginali Maiestati per — Ambasiatores Terrae Utini, eiusque Colligato-rum etc. et quae ab ipsa Reginali Magestate petuntur ad honorem Summi Pontificis, Sanctae Romanae Ecclesiae, necnon ad conservationem iurium, status, et libertatis Sanctae Aquilegensis Ecclesiae, eiusque Patriae Foriiulii, ac Subditorum et Incolarum eiusdem.

Primo namque attentis imminentibus periculis cuiusdam nequissimae Societatis in magna quantitate congregatae et in Finibus seu confinibus Patriae Foriiulii deductae ad damnum et destructionem ipsius Ecclesiae Aquilegensis, ne ipsa Ecclesia suis iuribus, statu et honoribus viduetur Serenissimae Reginali Magestati Ungariae etc. quae et eius Regnum Ungariae protectores, et defensores sunt, et tamquam protectoribus per dictos offertur Ambasiatores, quod Patria Aquilegensis Ecclesiae, et maxime illa quae per Utinenses et eius Colligatos ad statum ipsius Ecclesiae conservantur, ipsa Reginalis Magestas in

ea habeat

se habeat et recipiat conservandam, et manutenendam
ac protegendam usque ad creationem vel ad=
ventum veri Patriarchae, ipso Dño Cardinali
de Alenconio excepto.

Item quod ipsa Regialis Majestas, vel
quaecunque persona, quam in dicta deputave=
rit Patria, omnes et singulos fructus, reddit(us)
et proventus Terrarum, Locorum, Castrorum,
Leg: Capitaneatuum Castaldiarum, Capitanearum, Telonearum
mutarum, Villarum quarumcunque spec=
tantium, et pertinentium ad mensam Patri=
archalem, habeat, exigat et recipiat, videli=
cet Potestariae, et Canipae Aquilegiae, Canipae,
mutae, et Capitaneatus Utini, nec non Capi=
taneatus Terrarum Venzoni cum Muta de
Clusa, quae ibidem exigitur, Elemona Cado=
brii, Montisfalconis, Sancti Viti, Lameduna
et Sancti Steni, ac Terrae Portusgruarii, nec
non Potestariae Marani, et Castaldiarum
Carneae, Fagaeae, Agelli, Sedaglani, Pala=
zolii, Artaneae, et generaliter omnium
et singulorum locorum, Castrorum Terrarum
et Villarum tam in Patria Forijulii, quam
alibi existentium ad Patriarchalem pertinen=
tium mensam

tium mensam, que, quos, et quas per prefatos Utinenses, eiusque Colligatos, tenentur, habent et ad honorem et statum prefate Aquilegensis Ecclesie conservantur, quorum fructus, redditus et proventus iuditio nostro, et ut credimus ubi integraliter exigantur, et pax vigeat, possunt ascendere ad summam . X IIII. milium Florenorum, et hoc usque ad creationem sive adventum novi Dni Patriarche illo excepto.

Item quod in casu in quo guerra longo tempore duraret, propter quod expensa locca derent summam dictorum fructuum volumus contribuere cum personis et pecuniis iuxta nostram possibilitatem.

Item quod tenentes prenominatas Terras Loca, et Castra, et quecumque alia ad Patriarchalem mensam spectantia, que et quas habent et tenent prenominati de Utino, et eius Colligati, que tamen pignori non incumbant, iurent et iurare debeant ipsas Terras, Loca et Castra tenere, et custodire nomine Reginalis Magestatis ad honorem, et statum sancte Ecclesie

Aquilegensis

Aquilegensis, et eidem de fructibus eorum respondere usque ad adventum, vel creationem veri Patriarche prefato Dno Cardinali de Alenconio ut predicitur excepto, nec non prefatas Terras loca et Castra apertas et aperta tenere in casu guerre pro ipsorum et ipsarum defensione.

Item quod omnes de unione predicta debeant in casu necessitatis guerre cum hominibus armigeris servire secundum taleam eis antiquitus impositione et ut fuere tenentur et obligati sunt vero Patriarche usque ad adventum vel creationem veri Patriarche, illo ut dicitur excepto.

leg: impositio?

Item quod ~~[illegible]~~ omnes de unione predicta eidem Reginali Majestati, et cuicumque vices suas gerenti sacramentum fidele facere debeant usque ad adventum vel creationem Dni Patriarche, illo, ut predicitur, excepto.

Versa vice ipsa Reginalis Majestas promittat procurare cum Summo Pontifice ut nobis det verum Patriarcham more solito creatum, ipsi Majestati gratum, prenominato Dno Cardinali de Alenconio excepto.

Item quod

leg: comun

Item quod Reginalis ipsa Maiestas, et Regnum Ungarie teneantur prefatos Utinenses, et eius Colligatos defendere, manu, et manutenere in bonis iuribus, et Personis eorum contra quascunque Personas ipsos ledentes, invadentes, et modo aliquo ledere, vel invadere volentes.

Item quod prefata Reginalis Maiestas in dicta Patria ponat unum Capitaneum nomine suo duraturum usque ad adventum, vel creationem veri Dni Patriarche, illo ut dicitur exceptato, qui Capitaneus promittat, et iurat ipsis Utinensibus, et eius Colligatis iustitiam facere, et eos in eorum iuribus conservare secundum ritum et consuetudinem dicte Patrie et quod predictus Dnus Capitaneus constituat et creat Marescalcum, qui iustitiam in criminalibus faciat, et Vicarium qui in temporalibus iustitiam reddat secundum mores et consuetudinem Patrie predicte, et cum Consilio dictorum Utinensium, et eorum Colligatorum.

Item quod si que expense fiende occurrent in guerra, vel aliter pro statu et conservatione Ecclesie Aquilegensis fieri

fieri debeant

fieri debeant ex dictis fructibus per dictum Capitaneum percipiendis.

Item quod ipsa Reginalis Magestas promittat praefatos Utinenses, et cives Colligatos quoscunque, patentes vel patere volentes, indemnes ac penitus sine damno conservare de omnibus et singulis fictibus, fructibus, redditibus et proventibus de supranominatis Terris, Locis, Castris et Villis et aliis quibuscunque ad Patriarchalem mensam, ut dictum est, spectantibus, per ipsam Reginalem Magestatem aut eius vices gerentes modo quocunque exigendis, habendis, et recipiendis.

ex Authographo quod ~~asservatur~~ in Tabulario Civitatis ~~Utini~~

(U. R. C. [illegible])

1383. 1384. Hoc est

pag: 227./.

1383 . 1389.

Hoc est exemplum quorundam instrumentorum publicorum a suis varijs originalibus autenticis instrumentis non viciatis, non cancellatis, nec in aliqua eorum parte suspectis per me Alexandrum notarium publicum infrascriptum sumptum et transumptum. Quorum quidem instrumentorum tenores inferius describuntur, et sunt tales:

In Christi nomine. Amen. Anno a Nativitate Domini Millesimo trecentesimo octuagesimo tertio. Indictione sexta. Pontificatus Dni nostri Dni Urbani Papae VI. Anno sexto. Die vero quinta mensis Octobris. In Civitate Austriae Dioecesis Aquilegensis. Reverendus in Christo Pater Dnus Branchinus Dei gratia episcopus Pargamensis in Provincia Aquilegensi nuntius Apostolicus coram me Notario publico, et testibus subscriptis, ac etiam coram Dno Hugone ... Secretario fuit expresse protestatus, quod eius intentionis semper fuit et est iuxta tenorem litterarum Apostolicarum sibi datarum, et praesentatarum per

praefatum

prefatum Dnum Hugonem prefati Dni Batthe
secretarium facere processus suos in locis circum
vicinis prout mandatur litteris Apostolicis pre
dictis sita in locis neutri parti suspectis, quia
locus Civitatis Auspie non videbatur sibi locus
ydoneus, et si contingat ipsum facere aliquos
processus in dicta Civitate Auspie, et postea
obiceretur per rebelles dicti Dni Batthe de
nullitate dicti processus allegantes, quod ipse
fecit in dicta Civitate Auspie, vel haberet re
prehensionem a prefato Dno nostro quia mi
nus debite, et minus debito loco ipsos processus
feceret, sive fecisset. Protestatus fuit etiam
coram prefato Dno Hugone, quod ipse faciebat
et faceret compulsus per dictum Dnum Battham
qui prefatus Dns Hugo ibidem dixit: Vos estis
excusatus, quia ita vult Dominus, et ita man
dat; et postea subiunxit idem Dns Hugo: Va
leant in quantum valere poterunt. De
quibus omnibus, et singulis etiam divisim
prefatus Reverendus Pater Dns Branchinus
Episcopus Pergamensis in presentia prefati
Dni Hugonis requisivit me Notarium predic
tum ut de premissis sibi conficeram unum
et plura, publicum et publica instrumentum
seu instrumenta. Acta sunt hec in dicta

Civitate

Reverendi Patris

Civitate Austriae in domo habitationis praefati R. P. Dñi Episcopi Pergamensis. Anno Indictione, mense, die quibus supra. Praesentibus Honorabilibus Viris Dñis Hugone praefati Dñi Patriarchae Secretario, et Bartholomeo de Silvengo Dñi nostri Papae scriptore et abbreviatore testibus ad praemissa vocatis et rogatis.

In Christi nomine Amen. Anno a Nativitate Domini Millesimo trecentesimo octuagesimo tertio (ccc lxxxiii). Indictione sexta. die vero sextadecima mensis Octobris. Pontificatus Dñi nri Dñi Urbani Papae VI. Anno sexto in Civitate Austriae dioecesis Aquilegensis hora vesperorum et post. Quidam Iacobinus de Curte, sive Spurreno Civis Civitatis praedictae et familiaris continuus R. Patris Dñi Patriarchae in domo habitationis Dñi Bartholomei de Silvengo Canonici Ecclesiae Sanctae Mariae Civitatis Austriae, quam habitabat Reverendus in Christo Pater Dñus Branchinus Dei gratia Episcopus Pergamensis Apostolicae Sedis nuncius accessit ad praefatum Reverendum Patrem Dñum Branchinum Episcopum Pergamensem Apostolicae Sedis nuncium in Provincia Aquilegensi, et eidem praefato Reverendo Patri exposuit, quod eodem die

leg: Reverendissimi

in Platea

in Platea communi Civitatis Ausserie, et nonnul-
lis aliis locis dicte Civitatis audivit a pluribus perso-
nis fide dignis refferentibus ista verba: vide-
licet: Quid facit hic iste Episcopus: dicitur quod
venit huc ad faciendum processus, et multa alia
contra inimicos nostros et nichil facit, et pluribus
septimanis stetit hic: nescimus ad quid venit.
Paterus idem Dnus Pergamensis ab ipso Iacobino
si ista dicebat ex parte communitatis. dixit
quod non, sed ex eius bona voluntate et sci-
entia, sed ista dicebat quia ipsum diligebat
amore Patrie, et quod dubitabat quod rumor
fieret in populo, nisi expedirentur predicti
processus, et multa alia dixit deventia timo-
rem eidem Dno Episcopo: de quibus verbis sic
narratis per ipsum Iacobinum post recessum dicti
Iacobini statim prefatus Reverendus Pater
requisivit me notarium publicum ut de pre-
missis sibi conficerem publicum instrumentum.
Acta sunt hec in Civitate predicta Ausserie Anno
Indictione, Pontificatu, mense, et die quibus
supra. Presentibus venerabilibus viris Dnis
Bartholomeo de Silvanego Dni nostri Pape
scriptore et abbreviatore Canonico Civitatis
Ausserie, et Fratre Andrea Priore sancte Marie
de monte Cornilani ordinis sancti Benedicti
Diocesis

Diocesis Cenatensis testibus ad premissa voca-
tisque rogatis.

In nomine Domini Amen. Anno a Nativi-
tate Domini M. CCCLXXXIIJ. Indictione sexta.
die vero XVII. mensis octobris. Pontificatus Dñi
nostri Dñi Urbani Papae VI. Anno sexto. In
Civitate Austria in domo habitationis Venerabilis
Viri Dñi Bartholomei de Silavengo ecclesie
sancte Marie Civitatis Austrie Canonici, perso-
naliter constitutus Reverendus in Christo Pater
Dñs Branchinus Dei gratia Episcopus Pergamen-
sis Apostolicae Sedis nuntius in Provincia Aqui-
legensi specialiter deputatus in Camera, in
qua dormiebat, requisivit me Notarium pu-
blicum, ut sibi conficerem publicum instrumen-
tum super verbis sibi dictis per Odoricum An-
dreae alias Susanna de Utino Reverendissimi
Patris Dñi Patriarchae secretarium. Reverende
Pater propter bonum vestrum volo vobis aliqua
dicere, quae intellexi, videlicet, quod multi
cives et alii loquuntur, et obloquuntur de
vobis dicendo: Quid facit hic iste episcopus
quando faciet processus illos, de quibus tota die
fit rumor, et pro quibus venit ad partes istas
et nichil fit; interrogans prefatus Reveren-
dus Pater

Dus Pater ex parte cuius ipsa refferebat, asse-
rans quod a se ipso, et propter dni nostri Pape
reverentiam, et mei honorem, quia dubitabat
quod si dicti processus non fierent esset ru-
mor in dicta Civitate, et esset rumor quod
non bene vobis accideret. De quibus omnibus
requisivit me notarium publicum, ut de
premissis omnibus facerem sibi publicum in-
strumentum. Acta sunt hec ubi supra An-
no Indictione, Pontificatu, mense, die quibus
supra. Presentibus Honorabilibus viris Dnis ~~ge-~~
~~rente prefato dno [illegible]~~
~~Bartholomeo [illegible] dni nri Pape [illegible]~~
~~[illegible] testibus ad premissa vocatis~~
~~et rogatis~~ Fratre Andrea Priore sancte
Marie de monte Conicloni ordinis sancti
Benedicti diocesis Camerinensis, Iohanne de Cu-
rinang Clerico Salzburgensis diocesis testibus
ad premissa vocatis et rogatis.

In nomine Domini Amen. Anno a Na-
tivitate Domini Millesimo iijc. octuagesimo
tertio. Indictione sexta, die vero xvij. men-
sis octobris: Hora Completorii. Reverendis-
simus in Christo Pater Dnus Phylippus de
Alençonio Patriarcha ecclesie Aquilegensis
sancte Romane ecclesie Cardinalis unus mecum
secum ad domum dni Bartholomei de Silo-
nango

i:2'3

ci

nengo destinavit eidem precipiens quod diceret
prefato Dno Bartholomeo de Silanengo, et
Fratri Andree Priori sancte Marie de Monte
Coniclaii Capellano Reverendi Patris Dni
Branchini Episcopi Pergamensis in Provincia
Aquilegensi Apostolice Sedis nuntii, et Stefa
ni Simonis de Villaribus, quod venirent ad
loquendum secum, qui statim omnes tres ve
niat, et dixit eisdem in Curia sua inferiori:
Domini ego missi pro vobis ista de causa:
Scio enim quod vos multum honorem Dni Episcopi
Pergamensis, et diligitis, et propterea volo vos
avisare de aliquibus, que michi dicunt
[illegible] multi per Civitatem murmurant de
eisdem, et dicebant plures inter se [illegible]
ista verba: Sed quod venit hic iste Episco-
pus, dixit se velle facere processus, et stetit
pluribus diebus, et nichil fecit. Cui Reveren
dissimus P. dixit quod multum excusavit eum
in quantum potuit. Quare vos vocavi, ut ipsum
ex mei parte avisatis et informetis, quod dictos
processus faciat, et alia propter que est missus,
aliter si non fecerit, dubito, quod non bene
stabit et hoc multum displicat michi propter
honorem Pape, et Sedis Apostolice, et ob amo-
rem, quam porto eidem Dno Episcopo et prop-
ter predicta missi pro vobis tribus, ut eidem
exponatis.

leg: Patriarcha
—o—

Reperiatis. Quibus auditis recesserunt prefati tres familiares prefati Dni Episcopi, et eidem Dno Episcopo relationem de dictis per prefatum Reverendissimum Patrem meliori modo quo potuerunt, fecerunt. Quibus auditis diligenter requisivit me notarium publicum, ut de premissis etiam divisim conficerem publicum instrumentum. Acta fuerunt in domo habitationis prefati Dni Bartholomei de Silavengo Dni Nri Papae scriptore, et abreviatore, Fratre Andrea Priore sanctae Mariae de monte Conitlani Ordinis sancti Benedicti Diocesis Cenetensis; et Antonio de Esperra Clerico Mediolanensis Diocesis testibus ad premissa vocatis et rogatis.

In nomine Domini. Amen. Anno a Nativitate Domini Millesimo. ccc. LXXXIIII. Indictione sexta, die vero XXII. mensis Octobris. Pontificatus Dni nostri Dni Urbani Papae VI. Anno sexto in Civitate Austrie Diocesis Aquilegensis personaliter constitutus Reverendus in Christo Pater Dns. Branchinus Episcopus Pergamensis in Provincia Aquilegensi nuntius Apostolicus coram me notario publico, et testibus infrascriptis fuit expresse protestatus, quod in dictis processibus

nomine suo

nominé suo, ut dicitur, emanatis numquam fuit
per ipsum Reverendum Patrem lata aliqua sen-
tentia, nec per aliquem viventem fuit requisitus
aliquas sententias fulminare, nec pro tribunali
umquam sedit, quod in talibus requiritur, cedulas
auctoritate fuerint affixi nescit, tamen ut eidem
fuit dictum, erant affixi in foribus Ecclesie sancte
Marie Civitatis Austrie, ipso ut prius dixit peni-
tus ignorante, et nescio, de quibus omnibus solem-
niter fuit protestatus ad sui excusationem, et pe-
tiit me notarium publicum, quod sibi de pre-
missis facerem publicum instrumentum. Acta
sunt hec in Civitate Austrie predicta in domo
habitationis prefati Dni Bartholomei de Sali-
nengo, in qua habitabat prefatus Dns Episcopus
Pergamensis Anno, Indictione, Pontificatu,
mense, die quibus supra, presentibus Vene-
rabilibus viris Dns Bartholomeo de Silanen-
go Dni nri Pape Scriptore et abreviatore
Canonico in Civitate Austrie, Fratre Andrea
Priore sancte Marie de Monte Coniclani
Ordinis Sancti Benedicti Diocesis Cenetan-
sis, et Antonio de Ysperis Clerico Medio-
lanensis Diocesis testibus ad premissa voca-
tis et rogatis.

In nomine

In nomine Domini Amen. Anno a Na-
tivitate Domini. M.CCCLXXXIII. Indictione sex-
ta, die vero quintadecima mensis Decembris,
Pontificatus Dni nri Dni Urbani Papae VI. Anno
sexto. Venetiis cum applicuit Reverendus in
Christo Pater Dns Branchinus Dei gratia Epus
Pergamensis Aplicae sedis nuntius in Provincia
Aquilegensi deputatus, Venetiis et descendit
de Barcha sua, in qua venerat ante portam
Hospitalis domus Cruciferorum de Venetiis,
in praesentia Reverendi Patris Dni Abbatis
de Rosacio dictae Aquilegensis diocesis, Fratris
Folcardini Prioris dictae domus Cruciferorum
de Venetiis, Fratris Andreae Prioris sanctae Mariae
de Monte Coniclani Ordinis sancti Benedicti
diocesis Cenetensis, et Antonii de Ysera Cle-
rici Mediolanensis diocesis, et nonnullis aliis
praesentibus. Coram me notario publico subscripto
publice fuit protestatus, quod in partibus Fori-
Julii multa fecit contra Utinenses, et eorum
complices per vim, et metum quae cadere pote-
rant in constantem virum, quae non fecisset, si
de persona sua fuisset liber, referendo se tamen
ad alias protestationes coram me praedicto no-
tario in dictis partibus Forijulii factas. De
quibus omnibus dictus Dnus requisivit me notarium
publicum

publicum, ut tibi publicum conficiam instrumentum. Acta fuerunt hac Venetijs Anno Indictione Pontificatu, mense, die et loco quibus supra. Praesentibus testibus in praesenti instrumento descriptis.

Et ego Iohannes Simonis de Villoribus Clericus Maldensis diocesis publicus Apostolica et Imperiali auctoritate Notarius, ac Reverendi Patris Dni Branchini Episcopi Pergamensis scriba, praemissis omnibus supra scriptis una cum praedictis testibus, dum sic fierent et agerentur per dictum R. P. praesens interfui, ideo praemissa omnia in hanc publicam formam redegi, et manu propria scripsi et subscripsi signumque meum apponens consuetum requisitus et rogatus.

In nomine Domini Amen. Anno a Nativitate Domini Millesimo Tracentesimo octuagesimo tertio, Indictione sexta die vero vigesima mensis Octobris. Pontificatus Dni nostri Dni Urbani Papae VI. Anno sexto. Reverendus in Christo Pater Dns Branchinus Dei gratia Episcopus Pergamensis in Provincia Aquilegensi per praefatum Dnum nostrum Urbanum Papam VI. specialiter deputatus coram me

notario

notario et testibus subscriptis familiaribus do=
mesticis et continuis prefati Reverendi Patris
in Civitate Austrie in domo habitationis sue
fuit protestatus expresse prout infra sequitur.
Propono et dico, atque protestor ego Branchinus
Episcopus Pergamensis Apostolice sedis in Provin=
cia Aquilegensi nuntius coram te Iohanne
Simonis de Villanibus Clerico Meldensis dio=
cesis prout alias proposui noviter coram
Reverendissimo in Christo Patre et Domino Domino Phi=
lippo Dei gratia Episcopo Sabinensi sancte
Romane Ecclesie Cardinali Patriarcha Aqui=
legensi in camera habitationis sue site in Ci=
vitate Austrie in presentia multorum familia=
rium dicti Reverendissimi Patris dixi, propo=
sui atque protestatus fui, videlicet quod semper
paratus fui et sum obedire mandatis Apostolicis.
Sed attentis periculis in Patria Forijulii im=
minentibus et discriminibus viarum propter
notorias guerras in dicta Patria etiam cum
crematione domorum, et incursione, atque
avulsione arborum et vitium a sex diebus et
ultra factarum per Utinenses in Territorio
Civitatis austrie dicte Aquilegensis diocesis, et
que guerre fuerunt dudum et hodie magis
vigent inter prefatum Reverendissimum Patrem
et Communitatem Civitatis austrie ex parte una

et dictos

et dictos Utinenses et eorum complices, et colligatos ex altera deliberaverant cum melioribus et prudentioribus Patrie Clericis et peritis, quod in casum in quem prefatus Reverendissimus Pater vellet facere fieri executionem mandatorum Apostolicorum predictorum, quod tutius erat, et validius facere, et exequi dicta mandata apostolica iuxta continentiam dictarum litterarum apostolicarum in Civitate Venetiarum, aut Civitate Paduana studio generali insignita, et que Civitas Paduana est de Provincia Aquilejensi et ambe sunt vicine per unam dietam a fine Aquilejensis Diocesis, et in quibus Civitatibus et qualibet earum est locus insignis, et est tutus accessus dictis Utinensibus rebellibus dicto Dno Patriarche cum eius colligatis et complicibus, et in conscientia mea propter eas, que sequuntur et inimicitias capitales, que sunt inter illos de Civitate Austria, et Utinenses et suos complices non videbatur tutus locus Utinensibus, etiamsi daretur salvus conductus eisdem et etiam propter periculum persone mee in recedendo de dicta Civitate austria ad Curiam romanam magis michi expediebat in dictis Civitatibus, vel alibi ubi de persona et corpore meo essem tutus, cum alios Utinenses michi

in facie

in facie comminati fuerint in Utino, quod si aliquos
processus fecerem contra eos, quod si possent me
arripere, inciderent me per ~~frusta~~ frustra
fuerimque de periculo persona mea etiam in
Civitate Venetiarum per notabiles Prelatos
et alias ecclesiasticas personas avisatus, retule=
rimque prefato Reverendissimo Patri in pre=
sentia multorum proborum virorum quod
in casum in quem non vellet consentire quod
dicta mandata Apostolica exequerentur in
dictis Civitatibus, quod paratus eram subdele=
gare unamquamque personam habilem
et capacem dicte iurisdictionis, quam michi
nominarat. Sed prefatus Reverendissimus
Pater expresse, et oraculo vive vocis
voluit atque mandavit quod in dicta Civi=
tate Austria dicte Aquilegensis diocesis, et
vicina dictis Utinensibus ad septem millia=
ria in magnum periculum persone mee
dictam executionem facerem. Item dico et
protestor, quod etiam consulere Dominum
nostrum deliberaveram antequam innova=
rem in Patria propter infra dicenda: vide=
licet, quia cum pridem de mense presenti
fuerim Utini ad presentandum quamdam
litteram Apostolicam clausam dictis Utinen=
sibus, et per me facta dictis Utinensibus pro

parte

parte Dni nri Pape ambasciata, michi impo-
sita, audita responsione dictorum civitatensium
qui michi in facie dixerunt quod prefatum
Reverendissimum Patrem non habebant pro
Patriarcha, et quod supplicabant michi, quod
scriberem Dno nro prefato, quod ipsis daret unum
Patriarcham, vel unum Vicarium pro parte
ipsius Dni nri, quia parati erant sibi omni-
no obedire, et quod potius comedarent filios
vel darent se alteri Domino, vel invenirent
bene Patriarcham innuentes quod si Anti-
papa mitteret Patriarcham, vel ut venius
loquar Antipatriarcham, quod ipsum recipe-
rent, et sic scisma statim esset in ecclesia
Aquilegensi atque Provincia. Item attento
quod prefatus Reverendissimus Pater alie-
navit sive obligavit pro pecunia in potan-
tem Dnum Franciscum de Carraria Dominum
Paduanorum Castrum sancti Pauli quod est
ecclesie Aquilegensis, et mense Patriarchalis
et quod me ibidem presente tractabat ha-
bere consensum et sigillum Capituli eccle-
sie Aquilegensis pro alienando Castra, vi-
delicet de Sofhembergh, de Maduna dicte
diocesis Aquilegensis, atque etiam Castra
sunt notabilia, et dicte ecclesie Aquilegensis
et mense

et mensæ Patriarchalis in Potentem Principem Dnum Maynardum Comitem Goritiæ Advocatum atque Defensorem dictæ Ecclesiæ Aquilegensis quod et fecisset si consensum aliquorum Canonicorum Seniorum de Capitulo, et sigillum ipsius Capituli habere potuisset. Item ex eo etiam, quia informatus per homines Patriæ, quod præfatus Reverendissimus Pater multas inutiles expensas facit etiam maiores quam bonæ memoriæ Reverendus Pater Dnus Marquardus immediatus Prædecessor suus faciebat, et qui totum Patriarchatum et totam Ecclesiam Aquilegensem in spiritualibus et temporalibus obtinebat pacifice. Item etiam quia vulgo dicitur in tota Patria Foriiulii quod non valet pro ipsa Ecclesia, quia ipsa Ecclesia requirit magis ✝ expertam in armis quam in aliis cerimoniis. Item etiam ex eo quod multa sunt innovata in Patria a tempore datæ commissionis mihi per Dominum nostrum, videlicet Guerre publicæ cum evulsione Arborum, destructione et combustione Villarum, et magna strage personarum, et obsidione oppidorum facta per Utinenses; et præcipue quia Communitas Oppidi Glemonæ, quæ est erat melior

✝ suppl: persona

melior Communitas omnium Communitatum
obedientium dicto Dño Patriarcha propter
devastationes et obsidiones eis factas per dictos
Utinenses, et eis colligatos se retraxerunt, me in
dicta Civitate austria existente, et obediente
prefato Reverendissimo Patri. Et etiam et eo
quia animi dictorum Utinensium, et eorum
complicium de die in diem magis indurantur
deliberaveram propter premissa omnia, et
singula, et eorum quodlibet, ac ex nonnullis
aliis causis animum meum moventibus, etiam
ut predixi, habito consilio cum peritis super
executione dictarum litterarum Apostolica=
rum fienda, vel non fienda, vel retardanda
supersedere quousque consulerem prefatum
Dominum nostrum. Sed prefatus Reveren=
dissimus Pater non advertens ad premissa
licet eidem pro maiori parte eadem oretenus
nus per me exposita fuissent, et non curans
si in executione predictarum litterarum
Apostolicarum precipitassem, vel precipitarem
multa signa fecit, per quae verisimiliter po=
teram percipere arrestationem personae meae
coactionem, sive, et metum tales, qui cadere
possent in constantem virum, quae poteram
etiam coniecturare ex multis signis. Nam
primo die XVI. mensis Octobris anni presen=
tis

tis venit quidam Iacobinus de Certe alias de
Oprene Opidanus dicte Civitatis Austrie et conti-
nuus familiaris dicti Dni Patriarche, et de-
raubis uis, qui michi apparuit ut verisimiliter
creditur ex parte dicti Reverendissimi Patris
et aliorum Presidentium dicte Communitatis
Civitatis Austrie, quod magne turbationes, et
murmurationes erant inter populares Civi-
tatis Austrie, quia non fiebant processus per me
contra Utinenses, et eos complices, et quod erat
periculum quin eveniret scandalum perso-
ne mee, et quod consulebat quod processus ex-
pedirem quocunque modo, nec expectarem
habere procurationem, quia potius Cives di-
cebant quod volebant dare pecuniam pro
stipendiariis, quam pro procuratione mea, et
etiam quia audiverat, quod multe gentes de
stipendio Utinensium venirent ad territoria
Communitatis dicte Civitatis Austrie dicte
Diocesis. Item ex eo quia ad me stantem re-
clusum in una camera propter timorem po-
puli venit ad me quidam Dominicus Andree
Cancellarius, et scriba prefati Reverendissi-
mi Patris, qui michi in effectu eadem verba
protulit. Item et eadem die tarde venit
ad me quidam nomine Pantus de Utino ad
Cameram, ubi eram reclusus et dixit michi,
quod nisi cras publicarentur processus, quod

dubitabat

quod dubitabat, quod numquam per me possent
publicari, inveniens michi mortem imminere.
Quare ego Branchinus episcopus, et nuntius
apostolicus prescriptus ei dico, quod si contingat
me procedere ad aliquas monitiones, et sen-
tentias sive censuras ecclesiasticas, et alios actus
contra prefatos Utinenses et suos complices
atque colligatos, et singulares personas eorundem
in dicta Civitate Austria dicte diocesis, quod invi-
tus, coactus et per vim et metum, qui verisi-
militer caderent in constantem virum, dictas
monitiones, sententias, atque censuras ecclesias-
ticas, et omnia alia, que exinde sequerentur
proferam in dicta Civitate Austria, et pro-
testor de nullitate dictarum monitionum, senten-
tiarum, et censurarum ecclesiasticarum, et omnium
aliorum, que exinde ut premissum est sequentur,
ac de iniuriis, damnis et expensis per me factis
et passis, et de fiendis de quibus omnibus et sin-
gulis etiam divisim requiro te notarium pu-
blicum michi et omnibus, quorum interest, faci-
as publicum instrumentum, et instrumenta, unum
et plura. Et protestor etiam quod premissa
possim corrigere, addere, interpretari etc.
Actum in dicta Civitate Austria in domo ha-
Branchini bitationis prefati Dni. B. Episcopi Pergamen-
sis

tiis et nuntii Apostolice sedis et in camera mea secreta cubiculari Anno, mense, die, Pontificatu quibus supra. Presentibus honorabilibus viris fratre Andrea Priore sancte Marie de Monte Coniglani Ordinis sancti Benedicti Diocesis Cenetensis et Iohanne de Iulinang Clerico Salzeburgensis Diocesis testibus ad premissa vocatis et rogatis.

In nomine Domini Amen. Anno a nativitate Domini Millesimo CCC LXXXIII Indictione sexta, die vero vigesima quinta mensis Octobris. Pontificatus Domini nostri Domini Urbani Pape VI. anno sexto personaliter constitutus Reverendus in Christo Pater Dominus Branchinus dei gratia episcopus Pergamensis in Provincia Aquilegensi nuntius Apostolicus coram me Iohanne Simonis de Villanibus notario publico, et testibus infrascriptis protestatus fuit prout sequitur. In nomine Domini Amen. Ego Branchinus episcopus Pergamensis Apostolice sedis nuntius in Provincia Aquilegensi non recedendo ab aliis protestationibus alias per me coram te notario publico factis, de novo protestor, et dico quod si reperiatur, vel alias in iudicio vel extra proderetur quidam precessus processus, ymo quod veriis sequar

viis loquar quadam privata scriptura que incipit:
Brancheinus etc. ut dicitur habere datam, vi=
delicet Datum in Civitate Austrie die XXII.
Octobris. Mº. CCC LXXXIII. Indictione sexta.
Pontificatus Dñi nři Dñi Urbani Pape VI. Anno
sexto; et qui pretensus processus, ut dicitur debet
continere multas censuras Ecclesiasticas prout
infra de verbo ad verbum inseretur. Quod pre
dictus pretensus processus numquam fuit per me
nec de mandato meo factus nec ordinatus, nec per
notarium meum infrascriptum, sive alium notarium
nomine meo scriptus, grossatus vel ad actum publicus
nec rogatus, nec umquam in presentia alicuius nota
rii publici sive testium per me publicatus, nec sen
tentie contente in eodem fuerunt per me vel alium
nomine meo late sive fulminate. Protestor
etiam, quod si contigisset me facere processus, et
sententias ferre contra nonnullos in dicto preten
so processu contentos, quod dictum processum iuris
ordine servato, qui saltem expediatur in notoriis
servare, servassem, et ad sententias presertim
Abbatialis dignitatis, vel aliarum privationem
non ita repente processissem, sed iuris ordine
servato, et vocata parte. Protestor etiam quod
quando applicui ad Civitatem Austriam Communi=
tas Clemone in dictis pretensis processibus conten
ta erat in obedientia prefati Reverendissi
mi Patris Dñi Patriarche Aquilegensis. sed adhuc

me excipere

me existente in dicta Civitate Aust[r]ia, notorium est,
quod Hospitium fuit obsessa per Utinenses, et eorum
complices, et vites eorum in magna parte radicate
et incise. Quapropter petiverunt succursum à
prefato dno Patriarcha, qui non potuit eos succur-
rere. Quapropter ut dicitur, habuerunt conven-
tiones cum dictis Utinensibus. Et protestor quod et
tenta eorum obedientia non processissem con-
tra ipsos, et in quantum potui restiti, quod non
negarat fieri processus, quod non intelligerent
in dictis processibus. Protestor etiam, quod dictis
pretensis processus habuit pro sigillo sigillum
meum Episcopale, et mandavi sigillari, quem-
de sic grossati michi fuerunt portati, licet per
me non lecti per familiam dicti dni Patriar-
che existens quodammodo arrestatus, et carceratus
tus in hospitio dni Bartholomei de Silvaningo
Canonici Civitatis Austrie, et dni nri Pape grossa-
toris in Camara mea serrata cubiculari per
metum qui cadere posset in constantem virum
quia publici clamores fiebant in populo,
quod ego statim essem occisus nisi expedirem
mea. Protestor etiam quod bullam originalem
potestatis mee non habebam in potestate mea
tempore dicte sigillationis, nec hodie habeo,
licet ipsam petiverim pluribus vicibus. Protes-
tor etiam quod post plures dies post dictam si-
gillationem quedam copia ut supra dixi infe-
rius est

nius est inserta, fuit michi per quemdam familia
rem prefati dni Patriarche portata in domo sup.
dicta in qua sic eram sequestratus et quodammo-
do carceratus; Protestor etiam quod die dati dicti
protestationis processus dictum meum sigillum non
+. appositum, sed post per unam diem, De quibus om
nibus peto fieri instrumentum publicum ad mei
excusationem coram prefato dno nro, et coram toto
mundo, et citius protestatus fuissem de premissis
si potuissem - De quibus omnibus et singulis
etiam dictum peto, te notarium publicum
et requiro, ut michi facias unum aut plura
instrumentum, seu instrumenta. Acta sunt hec
in Civitate austria predicta in domo habitatio-
nis prefati dni episcopi Anno, Indictione Pon
tificatu, mense, die, quibus supra. Presentibus
honorabilibus viris, dnis fratre Andrea Priore
sancte Marie de Monte Conilani Ordinis
sancti Benedicti Cenetensis diocesis, et Iohan-
ne Tutinaing Clerico Salzeburgensis diocesis
testibus ad premissa vocatisque rogatis.

+. supplend: fuit

Et ego Iohannes Simonis de Vilanis
Clericus Meldensis diocesis publicus
Apostolica et Imperiali auctoritate
notarius et Reverendi Patris dni
Branchini Dei gratia Episcopi Perga-
mensis scriba premissis omnibus supra-
scriptis una cum predictis testibus dum
sic fierent

tie fierent, et agerentur per dictũ Reverendum Patrem presens interfui. Ideo premissa omnia in hanc publicam formam redegi, et manu propria scripsi, et subscripsi, signum meum apponens consuetum: requisitus et rogatus.

In nomine Domini Amen. Dudum sanctissimus in Christo Pater, et Dñs noster Dñs Urbanus Papa VI. Reverendos in Christo Patres ac Dños Dños Urbanum Patriarcham Gradensem et Branchinum episcopum Pergamensem nuntios creavit apostolicos in Provincia Aquilegen. cum illa clausula, quatenus vos aut unum vestrum, prout constat litteris apostolicis eius vera bulla plumbea more Romane curie cum cordula canapis bullatis, quarum tenor de verbo ad verbum talis est. Urbanus episcopus servus servorum Dei Venerabilibus fratribus Urbano Patriarche Gradensi, et Branchino episcopo Pergamensi Apostolice sedis nuntiis salutem et apostolicam benedictionem. Romani Pontificis debet provenire presidio, ut que per eum recte gesta sunt ad effectum debitum deducantur. Dudum siquidem de persona Venerabilis fratris nri Philippi Episcopi Sabinensis ecclesie Aquilegensi tunc Pastore carenti auctoritate Aplica duximus

providendum

providendum, et dilectis filiis Capitulo Aquilegen. et Clero, ac populo Civitatis, et Diocesis Aquilegen. universisque Vassallis dictae Ecclesiae dedimus in mandatis, ut eidem Philippo ut Patriarchae, et tamquam Patri, et Pastori animarum suarum exhiberent obedientiam et reverentiam debitas et devotas prout in diversis nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum autem sicut accepimus universitas Terrae Utini dictae Diocesis, qui vassalli, et subditi etiam in temporalibus existunt Ecclesiae antedictae cum nonnullis eorum in hac parte complicibus, et eiusdem Ecclesiae subditis et vassallis contra eundem Venerabilem Fratrem nostrum rebellionis calcaneum inconsultis motibus erexerint, obedientiam et reverentiam predictas, et consueta servitia contra huiusmodi mandati nostri tenorem eidem Philippo exhibere dampnabiliter contempnentes. Nos attendentes quod nostra precipue interest super his de oportuno remedio providere Fraternitati vestrae per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus vos, vel alter vestrum prefatos Universitatem, et complices, ac etiam alias Universitates Terrarum et Locorum predictae Ecclesiae in temporalibus subiectorum ad exhibendum dicto Philippo obe

obedientiam

dientiam, reverentiam, ac servitia ab eis sibi de=
bita auctoritate nostra vestris prudentibus ex=
hortationibus et monitionibus inducere studeatis.
et si forsan quod absit Universitates, ac com=
plices praedicti huiusmodi vestris monitionibus
et exhortationibus acquiescere noluerint, seu ne=
glexerint vos vel alter vestrum ipsos ad id
per censuram ecclesiasticam, ac alia iuris
remedia appellatione postposita compellatis.
Et nihilominus fructus, redditus, ac proventus
ad mensam Pastoralem Aquilegensem spectan=
tes ad manus vestras nomine Camerae Apostolicae
recipiatis, contradictores quoslibet, ac rebel=
les per censuram ecclesiasticam appellatione
postposita compescendo, invocato ad hoc, si opus
fuerit, auxilio brachii saecularis. Nos enim
vobis et cuilibet vestrum praefatas Universi=
tates et complices, ac singulares personas ex
eis tam ecclesiasticas, quam saeculares monen=
di et citandi etiam per edictum publicum
in locis circumvicinis publice affigendum
de quibus sit verisimilis coniectura quod
huiusmodi monitiones, et citationes ad ipsorum
monitorum et citatorum notitiam valeant
pervenire, et contra ipsos super praemissis
procedendi etiam contra Civitatem, et Dioece=
sim et Provinciam Aquilegensem, et illos ac

eisdem

ex eisdem Universitatibus, et complicibus, si per-
sone ecclesiastice cuiuscunque status, gradus, ordinis
vel conditionis extiterint, etiamsi Pontificali vel
Abbatiali prefulgeant dignitate omnibus benefi-
ciis ecclesiasticis que obtinent: si vero laycales
persone fuerint omnibus feudis, et bonis que à
dicta Aquilegensi tenent ecclesia, sententialiter
privandi, et ab eis etiam amovendi, ac ipsos ad
huiusmodi beneficia, feuda et bona obtinenda
inhabilitandi, nec non illos ex eis qui ad plenam
obedientiam dicti Philippi redire voluerint,
et hoc humiliter petierint a quibuscunque iu-
ramentis, obligationibus, colligationibus, seu
confederationibus contra dictum Philippum per
eos prestitis, seu factis, nec non à quibuscunque
sententiis, et penis quas propter hoc incurrissent
absolvendi in forma ecclesie consueta, iniunc-
tis eis pro modo culpe penitentia salutari, et
aliis que de iure fuerint iniungenda, ac
etiam cum illis ex predictis personis ecclesias-
ticis, qui sic ligati, non tamen in contemptum
clavium celebrando divina, vel immiscendo
se illis irregularitatis maculam contraxe-
rint ipsis prius à suorum ordinum executione
suspensis ad tempus, de quo vobis videbitur
super huiusmodi irregularitate dispensandi.

et insuper

Johannis de Moravia
Patriarchae Aquilegensis.

Hae ex libro M-S. Monumenta
Historica — Tom: IV.
penes Ill. D. Carolus Fabritius
Utinensem ab exemplato.

Pag: 248.

1387. 8 Xbre - Venezia. Li Ambasciadori Udinesi notificano la seguita nomina
dal Patr. gio. di Moravia.

Reverendissime Pater, ac nobiles amici carissimi. Vobis significamus quod hodie circa occasum Solis cum tranquillitate temporis applicuimus Venetias, et statim antequam intraremus Hospitium cruciferorum ubi sumus, Dns Re= ... Moracano, et Johannes Paduanus dixerunt nobis, quod Dns noster Papa providerat Ecclesie Aquilegensi de Patriarcha videlicet de uno germano Dni Regis Romanorum, qui est de Marchionibus Moravie. Et dixerunt quod Dns Odoricus de Bazonia scripserat hoc novum Ducali Dominio. Cras vel post cras dictus Johannes Paduanus dehinc recedet, et veniet plenius informatus. Datum Venetiis die VIII. Decembris

1387. vacans Patr. Aqu. Indict. X. (1388. Indict. XI.

bis in prima hora noctis.

Ottobonus
Dorymus
Andreas
Nicolaus

Ambassiatores etc.

A Tergo

leg: Ferdinando :~

Reverendissimo in Christo Patri, et Dño Dño F. miseratione divina Patriarche Constantinopolitano, Ecclesie Aquilegensis generali Vicario, Rectori, et defensori, ac Nobilibus et prudentibus Dño Federico de Savorgnano, et quinque deputatis Terre Utini.

Ex Autographo, quod asservatur in Tabulario magnifice Civitatis Utini.

[ Lib. D. C. Italiq ]

pag: 231. 1388. Honorandi

pag. 251.

1388. 5 Giugno Brunn – Li ambasciadori Udinesi notificano l'accettazione della loro ambasciata dal nuovo Patr. Gio. di Moravia.

Honorandi Dni, et Amici dilecti. Tenore presen-
tium vobis pateat evidenter, quod die XXI. men-
sis Maii illesi et sani Dei gratia Brunam
applicuimus, inde in crastinum notificari facien-
tes de adventu nostro Reverendissimo in Christo
Patri, et Dno nro Dno Iohanni Dei gratia Mar-
chioni Moraviae, et sanctae Sedis Aquilegensis Pa-
triarchae dignissimo tunc in castro suo Mudna-
ti, qui Dns noster Patriarcha ob absentiam
Fratris sui Illustrissimi Principis Dni Iodochi
Marchionis Moraviae qui Ungariam equita-
verat ad Dnum Regem Ungariae ambasciatam
nostram audire recusavit, ideo nos alacriter vidit
honoravit et praesentavit. Unde nos cernentes mora-
tam longam expositionis ambasciatae nostrae non
fore congruam, nec honestam, maximis supplica-
tionibus institimus Reverendo Dno ... Priori
sancti Augustini de Bruna, ut procuraret, quod
dictus Dns noster Patriarcha, intuitu Patriae
Foriiulii sic desertae, ambasciatas nostras cito
audire deberet. Quare dictus Dns noster Pa-
triarcha precibus dicti Dni Prioris die Iovis
IIII. praesentis mensis Iunii in Bruna, hora
vespertina nos et ambasciatas nostras, ubi per
ordinem enarratas gratanter, et benigne audi-
vit, et

rit et acceptavit in presentia dicti Dñi Prioris, et
Dñi - - - - Capitanei Marchionis supradicti, et
aliorum Baronum, et Nobilium nobis respondit
dando semper letum, gratum et affectum, ac
instando multum, quod libenter ob eius honorem
Bullas suas Patriarchales fore in ultimo mense
et quod proculdubio die xviii presentis men=
sis Iunii de domo sua recedet, et ad Patriam
Foriiulii Dei gratia proficiscetur eundem. Quare
propter vobis instantissime supplicamus, quatenus
in Bullas suas Patriarchales habitis ob citissimum
adventum dicti nostri Dñi Patriarche per ve=
locissimum nuntium eidem Dño nostro de dictis
suis Bullis obtentam certificationem omni mo=
ra postposita dirigere studeatis. Nam pro
nostro posse cum cordis affectu procurabimus
et semper instabimus ipsi Dño nostro Patriarche
quod cito veniat ad Patriam Foriiulii, et vere
ab ipso numquam recedere speramus, donec
dictum Dñum nostrum nobiscum ad Patriam
Foriiulii divina favente Clementia con=
ducemus. Valete. Datum in Bimnae die
v. Iunii: Indictione. XI.

Insuper vobis notificamus quod dicta
die cum eidem Dño nostro ambasiatam nostram
exposuimus, exponendo, ac dictum Dñum nostrum

affirmando

associando ad dictum Castrum nostrum Mudrusii dictus Dnus noster Patriarcha nobis mandavit ut pro nostra parte vobis scriberemus, quod deberetis bene tenere Franciscum q. Missinii de Ramanzacho, et reptitare, et nullam in ipsum Franciscum facere novitatem usque ad adventum dicti Dni nostri, cum dictus Dnus noster intendat iuxta iuris ordinem de dicto Francisco Missini providere.

Musschinus de Cuccina et
Blasius de Gisorio de Utino ) cum omni recommendatione se ipsos.

A Tergo

Egregiis, Nobilibus, et Sapientibus Viris
Dno Federico Milit. de Savorgnano,
Consilio, et Communi Utini suis Dominis
et Amicis Honorandis.

ex Authographo quod asservatur
in Tabulario Mag.ce Civitatis Utini.

[sic D. C. Fabritius]

1388. Magnifici

1386. 20 Luglio Perugia

Magnifici Dni mei, et amici Karissimi. Noveritis me die XVIII huius mensis Iulii per Antonium Cursorem de Utino latorem presentium cum ingenti gaudio, et letitia non modica a Reverendo Patre, et Dno meo Abbate Mosacensi certas litteras recepisse inter alia continentes bonam pacem factam inter vos, et emulos vestros, et adherentes hinc inde, restitutionem terrarum, et Castrorum occupatorum per Dnum Paduanum, et in brevi adventum communis domini nostri Patriarche, ex quibus quantum fuerim, et sim consolatus, ille scit, qui nichil ignorat, quia in rei veritate non potuissem audivisse nec audire rem michi magis gratam, ex quo benedictus Deus, et Beata virgo Mater eius Patrona nostra, que non deserit sperantes in eam. Insuper per eundem nuncium recepi aliquas litteras, que dirigebantur Sanctissimo Dno nro Pape Urbano VI. et inter eas videbantur michi due cum sigillo vestro quas illico eidem Dno nostro portavi, et presentavi narrando sibi etiam illa, que per litteras et nuntium prefatum habueram, quibus auditis, et visis summe letitie consolatus, et vere tota curia magnam consolationem recepit, potissime quia talia libenter omnibus

bus nova facio, que tendant ad honorem et
consolationem vestram, et aliorum dominorum
et amicorum vestrorum, et prefatus dominus noster
habuit dicere multa grata verba ex pre=
dictorum consolatione, que in brevi spero vobis
oratoriis explicare, si redire licentiam potero
optinere, pro qua insto, et instabo pro posse,
et ut illam facilius consequar, supplico quod mo=
re vestro solito instetis, et etiam instari facia=
tis per prefatum comunem dominum nostrum
Patriarcham apud prefatum dominum nostrum Papam
quia vos scire non ambigo, quod ego incurri
maxima odia, et detractiones multorum, et
presertim illius de Lancenio et Patriarche
Ierosolomitani causa tractandi et sollicitan=
di provisionem, et liberationem illius Patrie
et vestram, et Deus parcat eis, quia vere
dolose calumpniati sunt me, et quo eis me=
dicum profuit, et forte michi multum no=
cuit, attamen gratia Dei Dominus noster
bene cognoscit, quo animo, et fine homi=
nes procedunt, et ita spero, quod faciet
presertim mediantibus suffragiis, et auxiliis
vestris, et prefati Communis Domini. Atque
quam, et vos et vicinos vestros supplico, quod
me habere dignemini sepius ac frequentissime
recomissum. Factum Concordiarum adhuc
stat in pendenti, super quo laboro pro posse
et de die in diem semper et meliora spero
etc.

atq. Novae occurrentia ad praesens lator presentium etiam meâ parte vobis poterit oratenus explicare. Super aliis his diebus saepius vobis scripsi, et ideo illa non replico. Ad quae quae vobis et vestris vestrae gratae semper parati. Valete feliciter ut opto. Datum Parisiis die XX. Iulii.

Totus et ubique vester Odoricus de Ragonia Auditor et Decanus Aquilegensis cum recomandatione sui ipsius.

a tergo

Magnificis, et Potentibus Viris Dnis F. de Savorgnano Militi. Deputatis, Consilio et Comuni Terrae Utini Dnis et Amicis Karissimis.

legi: Federico

ex Authographo quod servatur in Tabulario Magnificae Civitatis Utini.

[sic D. C. Fabris.]

1388. Amici di Gurk

pag: 256.
1388.

Amici dilecti salutatione premissa. Vobis significo
per presentes, qualiter heri fere circa XXIIII.
horam Clemonam applicuit quidam Magister
Benedictus nuntius Boemie Regis michi exponens
pro parte Reverendissimi dni nri dni Patri=
archa, ut ad locum ubi inveneris Dominum
Padue festinanter iterum pro ab eodem re=
quirendo Sacilum, Sanctum Stinum, Canisam
pariter et Savorgnanum pro parte predictorum
et nisi ipsa loca libito restituere voluerit, atque
dare, idem Magister Benedictus habet expres=
se in mandatis a prelibatis Rege Boemie et
Dno nro Dno Patriarcha, de dabendo ipsum
Dominum Padue eorum pro parte illico diffi=
dare. Preterea michi dixit pro parte dicti
domini nostri, ut vobis scribere deberem man
dando quatenus Franciscum filium Missi debe
retis a carceribus relaxare, et in manibus
Dni Marescalli tradere et consignare, et quod
ultra hoc nullam novitatem, et executionem
facere debeatis contra bona dicti Missi, et
filiorum vigore condempnationis iam contra
eos facte, nam cum in Patria erit, talem in
predictis tenebit modum, quali vos poteritis
contentari.

contentari. Sicque de mandato suo vobis praecipio, atque mando, quatenus ipsum Franciscum a carceribus relaxetis, eundem in domum suam reducendo pro nunc prout primo erat sub eadem cautione, et fideiussione pro tunc praestitis atque factis, et quod etiam nullam novitatem et executionem facere attemptetis contra bona dictorum Mistri, et filiorum rigore condemnationis praedictae, usque ad adventum nostri Domini antedicti, qui Deo praevio cito erit. Praefatus autem Magister Benedictus ad vos pro exponendo praedicta personaliter accessisset, sed quia usque ad proximum diem Dominicum suum iter expedit penitus elevasse praesentialiter venire nequivit, sed vos in eius reditu visitabit. Mitto vobis unam literam quam michi dedit vobis mittendam. Deo dante bona nova habebimus, et Patriae utilia, atque grata. Datum Clemone Aquilegensis Diocesis die XIII. Augusti. XI. Indictione

Leg: Johannis

Blondi Dei gratia Abbas Mosacensis
Monasterii Reverendissimi Domini
nostri Domini J. Patriarche Aquile-
gensis } Vicarius Generalis

a Tergo

a Tergo

Nobilibus et prudentibus Viris Anthonio Capitaneo, et Quinque Deputatis pro Communitate Utini Amicis carissimis.

ex Authographo, quod asservatur in Tabulario Mag.ce Comunitatis Utini.

Lic. D. C. Pabitis.

pag. 260. 1390. Bianchi

pag. 260.

1390.

Johannes Dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarcha.

Fideles sincere dilecti. Ad notitiam nostram pervenit qualiter in Terra nostra Utini est quedam ad recipiendum imposita Collecta, quod inutile et non necessarium fore videtur, nam ipsa Terra nec guerris, nec debitis est gravata de presenti. Ideo nos velut Pater filiis de commodo providere volentes vobis, ac omnibus et singulis Massariis et fidelibus nostris servitoribus seriosissime precipimus, et mandamus quatenus huiusmodi non necessariam ymmo aggravatoriam contributionem sive Collectam nullatenus solvatis, nec ad solvendum vos stringi et compelli permittatis sub gratie nostre obtentu, et pena, quam contra transgressores nostrorum mandatorum cum Consilio nostro deliberati decernamus. Et si quispiam vos, vel vestrum aliquem super ipsius Collecte solutione gravaverit, et gravare intenderit ad Nos pro Consilio, et auxilio habeatis confidenter recursum. Nam etiam mandavimus - - - - Capitaneo - - - Braeonibus et ceteris in Terra nostra Utini nostris Officialibus fidelibus dilectis, ut nullum Massarium, et servitorem nostrum fidelem ad solvendum, et dandum dictam Collectam stringere et compellere pre-

sumant

sumant quoquomodo, sicut nostram gravissimam indignationem cupiunt evitare. Datum in nostro Castro Soffumbergi die XVII. Aprilis, Indictione XIIII.ae

a Tergo

Prudentibus Odorico Notario Burgorum Glemone, Odorico Eragani, Pelegrino Aquilegie, Mattheo Civitatisaustrie in Tarvisina, nostra Utini Decaniis fidelibus nostris sincere dilectis.

Ex Autographo asservato in Tabulario Mag.ca Civitatis Utini.

[Lib. D. C. Fabriz.]

---

pag. 263. t.o Jo. Christi —

pag: 263. 5º)

In Christi nomine. Amen. Anno Nativitatis eiusdem
Millesimo trecentesimo nonagesimo tertio, Inditione
prima, die - - - mensis Aprilis. Reverendissimus
in Christo Pater, et D. Dns Iohannes Dei gratia
sanctae sedis Aquilegensis Patriarcha dignissimus
pro se et Ecclesia sua Aquilegensi ex una parte
et providus vir Petrus qm Nicolai de sancto Da=
niele Procurator constitutus, et substitutus, et pro=
curatorio nomine Nobilis viri S. Guarnerii
qm Dni Thomasutti de sancto Daniele eius pro=
prio nomine et tamquam procurator Nobilium
Virorum S. Nicholussii qm Dni Listi? et S. Ber=
tuli qm - - de eodem loco, et S. Hachi?,
Articuli?, Danielis, Georgii et omnium, et sin=
gulorum aliorum de sancto Daniele predicto
dampnificatorum, qui sunt extra dictum locum
sancti Danielis propter aceptionem eiusdem
loci factam per gentes prefati Dni Patriarche
habentis ad infrascripta agenda, ut ibidem
apparuit fuit plenum et sufficiens mandatum
scriptum manu Alexandri Notarii de Canale?
Utini habitantis, ac Procurator, et Procurato=
rio nomine Nobilium Virorum S. Francisci
qm S. Symonis et S. Nicholai qm S. Articuli?
de dicto loco sancti Danielis eorum propriis
nominibus, et providi viri Andree Pitiani

eius proprio

eius proprio, nec non ipsorum Nobilium
insimul videlicet S. Guarnerii, S. Francisci q(uonda)m
S. Symonis, et S. Nicholai q(uonda)m S. Articli vice
et nomine Nobilium Virorum S. Conradi, et S.
Nicholussii suprascripti Fratrum Filiorum q(uonda)m
Dni Gissii, ac vice et nomine Nobilis viri S.
Bertuli praescripti, et omnium, et singulorum
aliorum Nobilium de dicto loco sancti Danie=
lis, et quorumcumque aliorum, qui sunt contra
dictum locum propter acquisitionem eiusdem
supradictam, pro quibus omnibus et singulis
suprascriptis, et quolibet ipsorum dictus Petrus
procuratorio nomine dictorum S. Guarnerii
S. Francisci q(uonda)m S. Symonis, et S. Nicholai
q(uonda)m S. Articli promisit de rato, et rati=
bitione, videlicet facturus, et curaturus cum
effectu, quod supranominati Nobiles, et omnes
et singuli alii, et quilibet illorum; quorum
nomine dicitur mandatum factum exstitit(?)
ratificabunt et approbabunt, ac promittent
ad omnem requisitionem illorum quorum
interest omnia, et singula, quae ipsius
vigore fuerint promissa, conventa, et obli=
gata, observare, et habere grata, et tenere
firma sub obligatione omnium suorum bo=
norum mobilium et immobilium praesentium
et futurorum, habens videlicet dictus procu=
rator, videlicet Petrus ad omnia et singu=
la infrascripta

te infrascripta plenum, sufficiens speciale et
generale mandatum scriptum Utini in
suprascriptis Millesimo, Indictione, mense
die vero secundo manu discreti viri S. Iero-
nimi Magistri Dominici de Brunatis de Utino
Imperiali auctoritate Notarii, ut idem Ieroni-
mus in presentia omnium testium, et contra-
hentium asseruit, et constare dictum fuit pro
dictis omnibus Nobilibus, et aliis, et quolibet
ipsorum, et maxime pro illis ex dictis Nobi-
libus de sancto Daniele, pro quorum parte
asseritur infrascriptum Palatium, sive domus
cum Curia et aliis, vel aliquam ipsorum spe-
ctare, vel pertinere ex altera parte. Volen-
tes adimplere ea, que promiserunt et con-
venerunt in contractu pacis superius
celebrate omni modo, via, et forma, iure-
ribus, quibus predicte partes, et utraque
ipsarum nominibus quibus supra valent
sponte, et ex certa scientia, et non per errorem
per stipulationem solemniter supradictam
sique libere commiserunt de iure, et de facto
in egregios et nobiles viros Dnos Bizzardum
de Valvasone, et Vencezlaum de Spegimbergo
milites, et Iohannem Paduanum de Collorato
electos pro parte Dni Patriarche predicti
et egregios; et Nobiles viros Dnos Symonem
de Collorato

de Colloreto militem, Doymum de Castello, et
Barnardum de Strasolo iuniorem electos
pro parte dicti Petri procuratoris dictorum
Nobilium de sancto Daniele nomine, et
in omnes ipsos rem, et maiorem partem ipso-
rum ibidem praesentium, et acceptantium
tamquam in eos arbitratores, amicabiles com-
positores communes amicos, et speciales arbi-
tramentatores, et laudatores, et diffinitores de
omni, et qualibet lite, causa, differentia et
quaestione, seu controversia, aut discordia orta
vel quae oriri timeretur, vel posset inter di-
ctas partes occasione cuiusdam Palatii, sive
domus cum curia sibi spectante existentis in
Castro sancti Danielis in Patria Foriiulii
de quo, vel qua fit mentio specialis in con-
tractu pacis nuper inde facto, vel eo quod
utraque dictarum partium, vel earum
altera asserere praedictum Palatium
sive domum quoquo modo vel iure ad se
spectare, et pertinere sive spectasse vel per-
tinuisse, aut … De quibus eis aliquid
praetenderet. Quibus Arbitratoribus, et ami-
cabilibus compositoribus praedictae partes, et
ipsarum utraque dederunt, contulerunt ex-

pressum

pressum arbitrium, planam licentiam, et li=
beram potestatem cum pleno verbo expresso
generali, et speciali per ipsos omnes vel maio=
iorem partem ipsorum in concordia viden=
di, cognoscendi, procedendi, finiendi, termi=
nandi, laudandi, seu arbitramentandi, ac
sententiandi, ac amicabiliter componendi
inter dictas partes de omnibus, et singulis
supradictis de iure, et de facto ad eorum
placitum, et videre quodcunque, ac summa=
rie, simpliciter, et de plano sine strepitu
et figura iudicii, quocunque loco, et hora
diebus feriatis, et non feriatis, sedendo sive
stando, cum scriptura, vel sine etiam iuris
ordine non servato in toto, vel in parte, par=
tibus praesentibus, vel absentibus, una parte
praesente, et altera absente, citatis, vel non
citatis, seu requisitis, et ex nunc requisiti=
oni renuntiant expresse dictae partes nullo
quoque praetermisso obstante. Quodque
possint ipsi arbitratores et amicabiles com=
positores praemissa omnia et singula vel
eorum aliqua terminare ac diffinire simul,
vel divisim, semel vel pluries, dummodo omnes
ipsi, vel maior pars eorum sint in concordia. Et
quod dicti arbitratores, et amicabiles compositores=
res, et

res et quilibet eorum iurent ad sancta Dei evanglia
corporaliter tactis scripturis in manibus et in praesen-
tia egregii, et Nobilis viri Dni Iohannis Alberti ho-
norabilis Ambasiatoris in Patria Fori Iulii de
mandato Serenissimi et Excellentissimi Dni Dni
Antonii Venerio Dei Gratia Inclyti Ducis et Com-
munis Venetiarum, legaliter et fideliter, et secun-
dum puram conscientiam suam videre, cognosce-
re, procedere, finire, terminare, laudare et
sententiare, et amicabiliter componere inter
dictas partes de iure et de facto: lineam liber-
tatem ut traditam et superius descriptam
infra terminum inferius denotatum: Quodque
in casu quo omnes praedicti sex, vel maior pars
eorum non possent concordare, vel esse concor-
des, teneantur et debeant vel debito sacramenti
similiter per eos praestandi infra dictum et
infrascriptum terminum elligere unum alium
Nobilem de Patria, qui sit septimus per om-
nes ipsos, vel maiorem partem in concordia,
qui septimus debeat iurare similiter et ut
alii fecerunt. Et praenarrati omnes dicti septem
in concordia, vel maior pars eorum habeant
libertatem, et licentiam, ac liberam potestatem
superius et inferius descriptam in omnibus et per
omnia. Insuper promiserunt dictae partes sibi

ad invicem

ad invicem omnia et singula supra scripta et infrascripta effectualiter adimplere, et inviolabiliter observare, ac stare et parere omni sententie diffinitioni, pronunciationi, seu arbitramento fiendis, seu ferendis per dictos arbitratores et amicabiles compositores de iure et de facto inter supraditas partes in et super omnibus et singulis premissis, vel ipsorum aliquibus. Et incontinenti eis prolatis ipsa approbare et emollogare, et in nullo contrafacere, vel venire de iure, vel de facto per se vel alium aliqua ratione, vel causa. Quod contra predictam pronunciationem, diffinitionem, seu arbitramentum, remedium appellationis, nullitatis, reclamationis, correctionis, reformationis, reductionis ad arbitrium boni viri, seu restitutionis in integrum, vel aliquod privilegium, sive rescriptum, vel aliud quodcunque remedium non intentabunt, aut impetrabunt per se, vel alium, et intentato, seu impetrato non utentur, neque aliquo alio beneficio, seu remedio iuris vel facti; per quod dictam pronunciationem, seu arbitramentum super premissis, vel aliquo premissorum infringi possit, vel quomodolibet vitiari in totum vel in partem expresse et specialiter. Promittentes pene solemnis stipu-

lationem

Ex Epistola chartacea
servata in Archivo Civitatis Austriae
inter Patriarchales.

Extra) Prudenti Nicolao Aricelli ---
Ususio de Civitate Austria
consanguineo, Amicoque nostro
dilecto.

Intus)

Augustinus Dei gratia Concordien Episcopus
Reverendiss: Dni nri Dni Iohannis Patrie
Aquilegen digni Vicednus Generalis.

Discrete Amice dilecte. Super nonnullis arduis ymmo arduissimis, et necessariis caussis honorem Reverendissimi Dni nri Patrie, totiusque huius Patrie Foriiulii statum et commodum concernentibus decrevimus die Dominica vigesimaprima presentis mensis Maii proxime venturi in Civitate Austrie Generalis Colloquii celebrare Consilium.

Tu

Cui sicut honorem prefati Dñi nostri Patriarche, dicteque Patrie Foriiulii statum, et commodum diligis, studeas causa cessante quolibet interesse. Datum in Patriarchali Palatio Civitatis Austrie die xvj. Maii. Indictione XIIII.

---

Ex alia chartac. epistola
ut hic retroscriptũ est
servata. &

Tergo.) Nobilibus Egregiis Viris -- Gastaldioni
Consilio et Communi Terre nostre Civitatis
Austrie fidelibus nostris dilectis.

Intus.)

Iohannes Dei gratia sancte sedis
Aquilegeñ Patriarcha:

Nobiles egregii Viri fideles percarissimi plures scripturarum vestrarum quas grata manu recepimus nobis misistis

lationem sibi ad invicem dictae partes parare cui libet laudo, et diffinitioni praedictorum arbitratorum quantumcumque iniquo, et etiam in modicum, seu in enormem damnum partium praedictarum, vel alterius eorum, et de omni lesione sic et enormitate quantumcumque magna vel parva. Et ex nunc dictae partes sibi ad invicem pactum de non petendo sic

petere possent. Renuncientes specialiter et expresse legi si societatem sic

Durat et durare debeat usque ad octavam Pascae vidalicae subsequentis sic

Quae omnia et singula suprascripta, et infrascripta promiserunt solemni stipulatione praedictae partes sibi ad invicem firma et rata perpetuo habere, attendere, tenere, et observare, et adimplere, et in nullo contrafacere vel venire, et non contradicere laudo, arbitrio, dicto, diffinitioni, dispositioni, pronunciationi, decisioni, determinationi, et sententiae eorundem arbitratorum et amicabilium compositorum, et communium amicorum aliqua ratione, causa, vel ingenio de iure, vel de facto sub illa eadem poena, quae continetur

quæ continetur in contractu pacis, exigendæ et
cognoscendæ, et declarandæ ut continetur in
dicto contractu pacis in omnibus et per omnia
et obligatione omnium et singulorum bonorum
prefati Dni Patriarchæ, et sue Ecclesiæ Aqui=
legensis, et illius, vel illorum quorum est,
vel sunt Procuratores. Quæ pena toties
committatur, et exigi possit per alteram partium
predictarum attendentem, et observantem pro=
missa, et quæ laudata, pronunciata, et senten=
tiata fuerint per prefatos arbitratores et
amicabiles compositores a parte non attendente
et non observante promissa, quotiens contra=
factum fuerit vel contraventum premissis,
vel alicui premissorum, vel cessatum aut ob=
missum fuerit attendi, et observari. Et pro=
miserunt dicte partes sibi ad invicem reficere
et restituere omnia et singula damna, et ex=
pensas, usque et quæ fecerint, vel habuerint in
causa, et extra pro plenaria observatione
omnium, et singulorum, quæ in predictis lau=
do, et sententia, et arbitramento prefatorum
arbitratorum latis continebuntur, sub pena
et obligatione predictis. Et ad maioris
roboris firmitatem prefatus Dns Patriarcha
in animam suam, et predicti procuratores
in animas illorum, quorum est procurator
corporaliter tactis scripturis iuraverunt ad

Sancta Dei

sancta Dei evang.ª predicta omnia, et sin=
gula attendere, et observare, et adimplere
et in nullo contrafacere, vel venire ullo in=
genio, seu forma. Actum in Civitate Austrie
in orto Palatii Patriarchalis presentibus
Magnifico milite Dno Conrado Layger Ca=
pitaneo Carinthie, Reverendo Patre Dno
Francisco Abbate Mozacensi, egregio milite
Dno Frederico Elaynar Capitaneo Eurice, Elaynar
Venerabilibus viris Dnis Iohanne q.dam Dni Perotti
Decano Civitatensi, Dno Anthonio de Bonden=
nis Decano Utinensi, Conradino de Salerate
utriusque iuris Doctore Vicario in spiritua=
libus, Sancto de Peregrinis licentiato in iure
Canonico Vicario in temporalibus prefati
Dni Patriarche, sapientibus viris Dnis Paga=
no de Cividad, Bartholomeo de Silvengo
Canonicis Civitatensibus, et nobili viro s.
Nicolao q.dam Dni Andree de Attems, et
discretis viris s. Iohanne de Susana de Uti=
ne Cancellario prefati Dni Patr. et s. Ie=
ronimo q.dam Magistri Dominici de Brunaciis
de Utino Cancellario Communitatis Utini
testibus ad premissa vocatis, et rogatis et aliis.

Ego Bernardus de Anbalo filius s.
Marci de Venetiis, Imperiali auctoritate
Notarius, nec non scriba Serenissimi
Dni Dni

Dni Dni Ducis, et Ducalis Dominii Ve-
netiarum predictis omnibus presens
fui, et rogatus scripsi, signumque
meum apposui consuetum.

In Christi nomine Amen. Anno Nativitatis
eiusdem Millesimo, Inditione, et mense
suprascriptis, die vero septimo, in Villa de Ro-
manzas districtus Civitatis Austrie in Ecclesia
dicte Ville. Convenerunt simul Dns Ri-
zardus de Valvasono, et Vencesslaus de Spi-
gnimbergo milites, et Dns Iohannes Paduanus
de Attemsto pro parte Dni Patriarche, et
Dns Symon de Colloreto miles, Dns Daymus
de Castello, et Dns Barnardus de Strasolt
iunior pro parte Nobilium de sancto Dani-
ele omnes sex electi arbitratores super differ-
entia Palatii, sive domus cum Curiis, de
quo vel qua fit mentio in Compromisso ante-
scripto, qui in presentia et in manibus Dni
Iohannis Alberto Ambaxiatoris Ducalis Do-
minii Venetiarum super Altari tactis corpo-
raliter scripturis iuraverunt ad sancta Dei
Evangelia infra terminum statutum per
partes, et notatum in compromisso predicto,
cognoscere

cognoscere, laudare, sententiare, diffinire et amicabiliter componere de iure et de facto secundum eorum puram conscientiam de et super differentiis Roladi, sive domus cum curte praedictis, et ea expedire infra dictum terminum, sequendo formam compromissi, et libertatem eis traditam in omnibus, et per omnia. Praesentibus discretis viris ss. Johanne de Susana Cancellario praefato Dni Patriarchae, et Petro de Monastero Notario Civitatensi testibus ad haec vocatis specialiter et rogatis et aliis.

Ego Bernardus de Andalo
Imperiali auctoritate Notarius
etc. [ut supra]

In Christi nomine Amen. Anno Nativitatis eiusdem Millesimo Indictione, et mense praescriptis, die vero duodecimo in Villa de Romanzas in ecclesia dictae Villae districtus Civitatis Austriae. Convenientes simul omnes praedicti sex Arbitratores, allati, qui tamquam auidi expedire se de lite eis commissa, primo astricti debito sacramenti

arbitramenti videntesque et cognoscentes terminum compromissi expirare per diem sequentem, et non valentesque nec maiorem partem ipsorum concordari iuxta formam compromissi, elegerunt et deputaverunt omnes concordes in septimum Arbitratorem egregium Dominum Artichum Comitem de Porcilijs ibidem praesentem dantesque vigore libertatis eis traditae per formam compromissi illam met libertatem, quam quilibet ipsorum habet. Qui Dominus Artichus prius auditis consentiens in pace, et formae compromissi pro bono Domini Patriarchae, et Ecclesiae Aquilegiensis, et totius Patriae Foriiulii acceptavit dictam libertatem, et bayliam, et arbitramentandi potestatem, nec non super Altari dictae Ecclesiae tactis corporaliter scripturis in manibus dicti Domini Ambasciatoris iuravit ad S. D. E. infra terminum statutum per partes, et notatum in compromisso videre cognoscere, laudare, sententiare etc. ut alii sex fecerunt, et superius continetur in omnibus, et per omnia. Praesentibus Domino Presbytero Iohanne quondam magistri ... de Utino, et Nobili viro Domino Iohanne quondam Domini Everardi de Cucanea, testibus ad haec vocatis specialiter et rogatis et aliis.

Ego

Ego Bernardus de Andalo Imperia=
li auctoritate Notarius conscripsi ut
supra.

Ex Authographo quod à Nobil.
Comite Daniele Comina conservat.

[ex D. C. Fabritij.]

exemplum
tamen ego
puto non Autho=
graphum est mox
Nob. D. Comitum Fa=
britij servant.

NB. pro sequenti scheda. Die XII.
Octobris. MCCCLXX
XXIIII. Stephanus
ipse Boetha vitam cum
morte commutavit.

270. 1400. Da
pag: ~~sup. 1390. NO~~

pag: 270

1400

(Da un Processo, che si conserva nella Cancel-
laria della Città di Udine, nel di cui prin-
cipio si leggono le seguenti parole =
" Processus causæ vertentis inter S. Guar-
" nerium de Sancto Daniele ex una, et S.
" Nicolaum de Ponte de Civitate Austria
" ex alia etc.

Bonifacius Episcopus servus servorum Dei
Venerabilibus Fratribus - - - Castellan. et Tor-
cellan. Episcopis salutem et Apostolicam Be-
nedictionem. Circumspecta Sedis Apostolicæ
providentia rigorositatem severam Iuris
novit mansuetudine temperare, et etiam ex-
candescentiam contra utrosq. atroces delinquen-
tium motus concitatam mitigare, et iuxta
doctrinam dominicam cum humilitate rede-
untibus post errorem non solum septies, verum
etiam septuagies septies indulgere: quamvis
enim non mortem peccatoris, sed ut convertatur
et vivat, cum id cognoscit in Domino salu-
briter expedire. Hodie siquidem pro parte
Nobilium Virorum Tristandi militis q.dam
Federici

Federici militis unius ex dominis Castri de
Savorgnano nati, ac Nicolai quondam Tristandi
de Savorgnano, et Varnerii quondam Thomasutti
de Caneto Domicellorum Aquilegien.
Diocesis nobis exposito, quod cum olim cum dictus
Federicus nichil cavens, nichilque timens, et
nichil suspicans, utpote qui bone memorie
Iohanni Patriarche Aquilegiensi reverens,
fidelis, devotus, et obediens existebat, coram
Deo et hominibus iuste vivens, nec quicquid
nisi mala agere delectabat; in Capella domus
sue a proprio Capellano officium Misse de-
vote audiret iam peracta communione
et benedictione data quidam de districtu-
alibus familiaribus dicti Patriarche cum
certis eorum in hac parte complicibus armati
de improviso rapientes Capellam intrantes
eamdem, et simulantes cum prefato Fede-
rico aliquid loqui velle, non sibi proximis
rei fierent acriter mucronibus predictum
Federicum aggressi inermem, cum multis
et mortalibus vulneribus crudeliter inter-
fecerunt, et ob huiusmodi scelus ubi ipsis
timentes ne se extra terram Utini dicte
Diocesis ubi homicidium illud perpetratum
fuerat mox proripientes per eundem Patri-
archam illis comminatis fuissent, ipso Pa-

triarcha

Patriarcha super tali homicidio nullam faciente
iustitiam, neque de iustitia aliquam mentionem.
Quamobrem considerantes praefatus Tristandus
Nicolaus et Varnerius cum nonnullis aliis eorum
dictis complicibus, et amicis mortem impiam et
iniustam praefati Federici de consensu, man-
dato, et voluntate praefati Patriarchae perpe-
tratam esse, et sibi ipsis de morte consimili mi-
nantes, cum dictus Patriarcha astutus, ferox
et periculosus existeret fama et gestis de quo du-
bitantes et similibus, dato quodammodo ordine
rebus suis, credentes ex hoc et non absque veri-
simili mortis sibi ipsis imminentis periculo dis-
cedere ad praefatum Patriarcham in Castro Utini
antedictae Dioecesis accedentes super his animo
et occasione praemissis evaginatis gladiis
quos habebant dictum Patriarcham multis
et magnis vulneribus peremerunt. Quare
pro parte dictorum Tristandi, Nicolai, Var-
nerii, necnon aliorum Nobilium amicorum
familiarium, et consanguineorum suorum No-
bilium quam popularium, et plebeiorum, et
aliorum culpabilium quomodolibet in prae-
missis Nobis cum cordis amaritudine fuit
expositum et humiliter supplicatum ut cum sicut
asseritur, de tam gravi Dei, et Ecclesiae ma-
tris offensa non desistendo atroci et a-
nimi

enormi excessu eorum cum summa cordis contritione doleant intimis cum suspiriis eis veniam misericordiam, et gratiam facere, et cum eis mansuete, et benigne agere, ipsisque et eorum statui super his providere clementer, et misericorditer dignaremur. Nos igitur attendentes, quod sedis predicte clementia poenitentibus veniam denegare, et ad contritionem post lapsum redeuntibus sinum paterne pietatis claudere non consuevit huiusmodi supplicationibus inclinati vobis nostris litteris commisimus, et mandavimus quatenus postquam prefati Tristanus, Nicolaus, Varnerius et alii universi, et singuli in premissis eorum complices, amici, fautores et sequaces quicunque, quotcunque, et qualescunque fuerint tam Nobiles quam cives et plebei cuiuscunque muneri, gradus, conditionis et dignitatis existerent cum vobis humiliter confitendo reatum cum intima cordis contritione veniam postularent prefatos Tristandum, Nicolaum, Varnerium, et alios omnes, et singulos, qui veniam petierint modo simili eorum amicos complices, fautores, sequaces, et familiares et quotcunque, quotcunque, et qualescunque

tam Nobiles

tam Nobiles etiam cingulo militiae decoratos
quam Cives ac Plebeos cuiuscunque numeri
ordinis, gradus, dignitatis et conditionis ~~essent~~
existerent quomodolibet culpabiles in praemissis
a generali excommunicationis sententia, quam
ob praemissa incurrerunt, etiam quantum
publicum concernunt interesse ad huiusmo
di parricidii, sacrilegii, et laesae maiestatis rea
tibus absolveratis ea vice auctoritate nostra
in forma Ecclesiae consueta, et ea auctoritate
mandati praefati, propter hoc eis iniungere
tis hoc videlicet modo, quod praedicti Supradictus
Hlidous, et Varnerius, ac singuli ex fami
liaribus, complicibus, et culpabilibus supradic
tis, aut illi ex eis, qui hoc similiter pariarint
de maritando decem Virgines iuxta illarum
conditionem quas duxerint eligendas, et
quod principaliores in tanto facinore per
petrato de bonis eorum fieri faciant, et quod
pro uno perpetuo presbytero in Ecclesia Aquile
gensi Domino serviturus, et pro anima dicti
Patriarchae oraturus sufficienter dotaverint
unam Capellam, vel de faciendo fieri in
fra tempus de quo vobis videretur, ac dotan
do Capellam huiusmodi ydonee caverint,
reliqui vero ex praedictis minus culpabiles
satisfactionem condignam ad arbitrium vestrum
Ecclesiae antedictae impenderent, vel desuper
dando

dando sufficienter satisdarent feudis et iuribus
Patronatus, si quae ab Aquilegensi Ecclesia
tenuerant, ipsis et eorum haeredibus perpetuo
privatis, et ne minus vindictae, quam excessus
memoria prorogatur usque ad quartam gene=
rationem eorum posteritas in Clericorum
Collegium nullatenus admitteretur, neque
in domibus regularibus assequeretur alicuius
prelacionis honorem, nisi fuerit cum eis per
sedem misericorditer dispensatum eandem.
Et nihilominus propter hoc eis dorsis signum
Crucis in subsidium Terrae Sanctae, et ex au=
ctoritate eiusdem mandati pro poenitentia
iniungeretis, ut cum fiat passagium generale
personaliter legitimo impedimento cessante
deberent transfretare, et si eos prius mori
contigerit singuli de filiis suis si haberent dis=
pensarent singulos idoneos bellatores, ac li=
mina Beatorum Petri et Pauli bis vicibus
et semel Beati Jacobi in Compostella Apo=
stolorum deberent visitare, et usque ad sex=
tam annos qualibet sexta feria in pane et
aqua ieiunare, et quarta feria a carnium
esu se abstinerent, nisi fuerint infirmitate
detenti, vel in itinere constituti, ac decies ora=
tionem Dominicam omni die recitarent. Et
praeter istam poenitentiam iniunxeratis eorum

singulis

singulis quod animarum eorum saluti viderit
expedire. Et nichilominus interdicta quibus
eadem civitas nec non terrae, et loca alia
Patriae Foriiulii dictae dioecesis praemissorum
occasione essent supposita eadem auctoritate
relaxare curaremus. Quod si non ambo his
exequendis possetis interesse alter vestrum ea
nichilominus exequeretur. Cum autem sicut
exhibita nobis pro parte dicti Tristandi, Ni-
colai, Varnerii, nec non aliorum Nobilium
Amicorum, familiarium, complicium, et seque-
cium ipsorum tam Nobilium quam popula-
rium, et Plebeorum, et aliorum culpabilium
quomodolibet in praemissis petitio continebat
ipsi summo studio quantum illis divina Bo-
nitas ministraverit eorum tam gravem
excessum per exhibitionem operis cupiant
emendare, et personis fidelibus, et effica-
cibus obsequiis compensare pro eorum parte parte
nobis extitit humiliter, et cum instantia
supplicatum ut eos, et eorum descendentes
et posteros digne honoribus denudatos am-
pliori misericordia, et benignitate prosequi
et alias in statum pristinum restituere, ple-
narie, et habilitare de benignitate sedis
praedicta

praedictae clementia dignaremur. Nos igitur
qui si in alterutram partem, severitatis
et misericordiae deflecti oporteat, semper re-
paramur ad instar prudentium in misericor-
dia proniores, non enim posse nisi errorem
et contritionem misericordiae locum habere
de misericordia illa loquimur quae potest
a pietate seiungi, huiusmodi supplicationis
inclinati fraternitati vestrae, de qua in his
et aliis fiduciam specialem in Domino obtine-
mus per apostolica scripta ac certa nostra
scientia committimus, et mandamus quati-
nus si et postquam praefatus Tristandus, Ni-
colaus et Varnerius et alii Nobiles, Amici
familiares, complices, et sequaces eorum tam
nobiles, quam populares et plebei, et alii
culpabiles quomodolibet in praemissis per
vos, vel alterum vestrum secundum formam
praedictarum litterarum fuerint absoluti
et hoc humiliter petierint eos, seu illos ex
eis, qui id cum humilitate, et instantia
postulaverint, ac posteros eorum ab omnibus
et singulis sententiis et poenis spiritualibus, aliis
ac temporalibus, quas sacrorum Canonum,
et Legum Imperialium, nec non Provincialium
et Synodalium Constitutionum, ac Statutorum

ac consuetudi—

et consuetudinum municipalium, et aliis iuris
et hominis auctoritate quomodolibet incurre-
rint auctoritate nostra hac vice duntaxat ab-
solvatis, et nihilominus sententias et poenas prae-
dictas, necnon bannos, proscriptiones et priva-
tiones in quas propterea inciderunt, quantum
videlicet publicum concernitur interesse eis
remittatis, atque relaxetis, et aboleatis om-
nem inhabilitatis et infamiae maculam sive
notam per eos praemissorum occasione contrac-
tam, ipsosque ad honores, dignitates, status,
bona, feuda, patronatus, iura et actiones
quae prius eis communiter, vel divisim quo-
modolibet competebant, aut competere pote-
rant, et alias in integrum, et pristinum statum
auctoritate eadem restituere procuretis, re-
stituatis plenarie, et habilitetis, ipsosque ad
honores et dignitates, et alios gradus etiam
militares, quibus eorum aliquis, vel alter post-
ea assumptus fuerit, validetis, et confirmetis,
et sententias per ipsos, vel coram eis latas
et instrumenta, emptiones, venditiones, et alios
quoscumque actus, seu contractus per eos factas et
factos validetis et corroboretis, praemissis nec
non Canonibus, legibus, constitutionibus, sta-
tutis, et consuetudinibus praedictis, quae ha-
beri voluimus praesentibus pro expressis, ac

aliis

aliis contrariis non obstantibus quibuscunque,
super quibus omnibus et singulis cum pre-
missis iuxta formam predictam de plen-
itudine potestatis nostre duximus per pre-
sentes clementer et misericorditer dispen-
sandum eorum supplentes defectum, si quis
forte intervenerit in premissis decernen-
tes nichilominus quoscunque processus, seu
non collacionem, seu collaciones dictorum
feudorum, et bonorum, et quecunque inde
secuta quibuscunque personis tam eccle-
siasticis, quam secularibus cuiuscunque
dignitatis, status, vel preeminentie fuerint
tam per Venerabilem Fratrem nostrum
Antonium Patriarcham Aquileiensem
hactenus forsitan factos, seu facta, seu in
posterum faciendos seu facienda premisso-
rum occasione, quam qui, vel que forsan
fieri contingat per dictum Patriarcham
vel eius successores in premissis ex dicta
scientia, irritos et inanes, ac irrita et ina-
nia, ac nullius roboris existere vel mo-
menti. Datum Rome apud Sanctum Petrum
Kalendis Augusti Pontificatus nostri
Anno XI.

---

NB. Annus XI mox scriptus respondet
Anno MCCCC. ego exemplum hoc
notavi.

---

Antonius Patriarcha predictus erat – Ant.s Cajetanus. Ego J.

Usque modo exemplata ex manuscripto Libro seu Tomo IV. „Monumentorum ad Historiam Foroiuliensem" penes Nob. D. Carolo Fabritio Utinensem servato Rev. transcripsit Jo: Dominicus Guerra Can.cus Civitaten. Anno Dni. MDCCLXVI.

# Antonii Gaetani
# Patriarchae Aquilejensis
# Monumenta

Servatur hec Carta in Arch.° Capitul. F. Jul.°

1400, 24 nov. Monfalcone. Lett. del Patr. d'Aquileja Antonio Gaetano al Com. di Cividale per una qu[illegible] delle case di ~~Dorde~~ di Cividale. —

CXVI.

Nobilibus et prudentibus . . . Castaldioni
Consilio et Communi nre Civit. Austr.
nostris Fidelibus dilectis:

Intus

Antonius Patriarcha Aquilegen.

Nobiles et prudentes Fideles dilecti. Recepimus litte-
ram vestram, ad cujus continentiam respondentes
sumus contenti, quod Nicolaus Ancelli Civis Ve-
ster, litteram Dorde, quam sibi misimus, vobis
vel ipsi Dorde, prout vobis melius libuerit assi-
gnet, quia de domibus suis et orto autem de

cetero

2

de cétero, aliquam non habémus.

Dat in Loco nostro Montisfalconis
die XXIIII. Novembr. VIII. Indict.

Indict. VIII.
respond: An.° 1400.
quo tpre Ant.s Caetanus fuit Patha

1399, 24 maggio. Udine. Lett. del Patriarca d'Aquil. Antonio Gaetano al Comune di Cividale sulle cose di Monfalcone.

Ex chart.ª Epistola in Arch.° C. Aust.

Extra.

Nobilibus et prudéntibus Castaldioni--
Consilio Terre nostre Civit. Aust.
nostris fidelibus dilectis.

Intus.

Antonius
Patriarcha } Aquilegen.

Nobiles et prudentes fideles dilecti. Recepimus litteram vestram cum introclusa cui similem receperamus similiter, dolemusque plurimum quod provisiones continue fiunt quando casus venit ubi antequam veniret, fieri deberent. Nihil-

ominus

ominus ad locum nostrum Montisfalconi nostrũ Marschallum cum meliori qua de presenti Sen= tium armigerorum potuimus comitiva trans= misimus. Vestram fidelitatem hortantes ut esse velitis parati et taliter quod si vera essent nova in eisdem contenta, quod non credimus, cum toto posse vestro ire possitis parati cum aliis fidelibus nostris per nos similiter requisitis ad resistendum viriliter derobatoribus supra tactis et Patriam nostrã debite defendendum.

Dat. in Castro nostro Utini die IIIJ.
Maii. VII. Indict.

Sigillũ rud: cũ Aquila — circũ. S. Antonii Dei … sce sedis Aquilegen̄ Patri.

1399, 22 giugno, Cividale: Lettera del Patr. d'Aquileja al Com. di Cividale, sui soccorsi da mandarsi in Monfalcone, giusta delib. del Cons. del Parlamento riunito in Venzone.

Ex ot. chart.ª Capli. sicut superius.

Exts. — Gastaldioni. Consilio et Communi nostre Civitatis. Austrie.

fidelibus nostris dilectis

Inus.

Antonius

Antonius
Patriarcha } Aquilegeñ.

Nobiles et prudentes fideles dilecti. Cum per Consilium nostrum generalis Colloquii vim ipsius Colloquii in hac parte plenariam obtinentis per nos in Terra nostra Venzoni noviter celebrati pro tuitione et defensione totius huius nostre Patrie extiterat diffinitum quod per nos viginti quinque stipendiarii, et per totam nostram Patriam alii viginti quinque usque ad duos menses proxime venturos in locum nostrum Montisfalconis tendantur. Vos requirimus stricte mandantes, quatenus cum pro stipendio ipsorum viginti quinque stipendiariorum per Patriam fiendorum vos tangant Ducati XIIII. et sold: LXXXIIII. eosdem infra quattuor dies a presentatione vobis facta presentium computandos in manibus dilecti fidelis nostri Virgilii de nostra Civitate Austria, ad hoc per ipsum Consilium deputati

deputati sub pœna dupli efficaciter assignare curet, ut iuxta ipsius Consilium deliberationem ipsos stipendiarios valeat invenire, eisque persolvere ut est dignum.

Data in nostra Civit. Austr. die XXII. Iunii. VII. Indictione.

1398, 12 Ott. Cividale
Lettera del Patr. d'Aquil. Antonio Gaetano a Nicolò Arcelli di Cividale incaricandolo d'un processo per spergiuro contro il Vicegastaldo di Agello

Ex folio in Archivo Notariorum Civit. Austr. servato inter chartas:

Foris./ R.do ... Iohs ... Agelli

Intus./

Antonius Dei gratia sancte Sedis Aquilegen. Patriarcha Provido Nicolao Arcelli de nostra Civit. Austr. fideli nostro dilecto salutem et gratiam nostram. Porrecta nobis nuper per fidelem nostrum Franciscum Fabrum a Iudicibus de Agello supplicatio effectualiter continebat, quod causam seu causas quam

seu

quas ipse movere intendit Frederico de Indiciby de Agello, Valesio de Agello operto Vicegastald. ibidem ac Gervasio Decano, nec non Antonio de maciliy filio Iohannis de maciliy et Petro iurato de Agello in eo super gravi iniuria sibi illata per dictos Vicegastaldionem et Decanum, ac per ipsos Antonium ac Petrum iuratum videlicet super falsa testificatione facta per ipsum Antonium et Petrum iuratum contra ipsum Franciscum Fabrum, ac etiam super falsa sententia lata per ipsum Valesium Vicegastaldionem, et Petrum Decanum vigore dicte testificationis tacita veritate et expressa falsitate facte ipso Francisco Fabro non presente, nec citato, ac faciendo proclamari pro periuro ipsum Fran.cum Fabrum, et quod non debeat pro teste teneri nec haberi etc. ut in ipsa supplicatione latius continetur committere alicui prudenti viro audiendas — Confidentes de earum probitate ac discretionis industria Tibi causam seu causas prefatas tenore presentium ducimus plenie ac prezisse committendas. Mandantes quatenus vocatis partibus, ac his qui

his qui etiam extiterint evocandi, causam et causas prefatas audias et fine debito auctoritate nostra termines — —
— — — — — — — — — — — — —

Dat in nostra Civitate Austr. sub nostri impressione sigilli Anno Dni Millio tercentes.° nonagesimo octavo die duodecimo Octobris. VI. Indict.

( L. Ned. S.)

---

Ex ol. chart.° in Arch.° Civit. Austr.

Foris./

Nobilibus et prudentibus — Castaldioni — Provisoribus — Consilio et Communi Terre Civit. Austr. nris fidelibus dilectis.

1408. 30 Xbre Udine Lett. del Patr. Antonio Panciera al Com. di Cividale [illegible] per Leonardo di Montagnacco [illegible]

Intus./

Antonius Dei gratia sce sedis Aquil. Patha.

Nobiles et prudentes fideles dilecti. Commissiones aliquas provido Leonardo de Montegnacho nro fideli dilecto, Vobis nra parte oretenus explicanda. Cui in dicendis velitis fidem credulam adhibere. Dat in Castro nro Utini die penultimo Decembris. Indict. prima. (sigill. ned.)

Ex foliolo apud Archivum
Civitatis Forijulii.

Extra.)

Nobilibus ac prudentibus viris
Cesaldioni Consilio et Communi
Civitatis Austrie Amicis nris Cariss.mis

A. Cardinalis
Aquilegen.

Intus.)

14. 14 dec. Roma. Lettera del card. Antonio Panciera al Com. di Cividale, di raccomandazione per il Dottor Giacomo di Arpino.

Nobiles et prudentes Viri Amici cariss.mi post salutem. Noveritis nos per illius gratiam qui fortem facit ex debili bone de persona valere promptiores semper ad omnia vobis grata. Requirentes vos affectuose quatenus Venerabilem Virum dnum Iacobum de Arpino Decretorum Doctorem nris attentis merito et [redacted] amore nostri suscipere placeat favorabilius singulis in occurrentibus recomissum in hoc nobis singulariter complacitur. Dat Rome XIIII Decembris. [redacted]

Antonius

Antonius tit. Stae Ceciliae
Pbr Cardinalis.

Ex foliolo servato in Archo.
Civitatis Foriiulii foris inscripto:

Nobili et prudenti . . . vt. . . de vestra Civit.
Austr. Consiliario, fideliique nostro dilecto

(intus)

Antonius
Patriarcha Aquilegen.

Prudentes Consiliarii dilecti. Super expediendis Appellationibus nonnullisque arduis, et necessariis caussis, decrevimus die Unica . xi. presentis mensis Januarii in hac nostra Civitate Austr. nostrum generalis Colloquii Consilium celebrare, cui mediatis causa cessante quali-bet interesse. Dat in Civit. Austr. die iii. Jan. viii. Indict.

1400, 3 genn. Cividale. Il Patr. d'Aquil. Antonio Gaetani invita il Com. di Cividale al Parlamento.

1398, 4 ottobre. Udine.
Il Vicario Patriarcale in spirituali, [illegible] intima a Leonardo pellicciajo di [illegible] relazione al Vescovo di Trieste in causa di questo [illegible].

Ex folio servato in Arch.°
Civitatis Fori Iulii inter Patriarchales

Iacobus de Listardis de Arpino Decretorum Doctor, Canonicus Aquilegen. Reverendissimi in Xpo Patris et Dni Dni Antonii Dei gratia sancte Sedis Aquilegen. dignissimi Patriarche in spiritualibus Vicarius Generalis et in hac parte ac partibus infrascriptis Comissarius et Delegatus per prefatum Dnum Patriarcham specialiter deputatus. Dilecto in Xpo Leonardo pellipario q.dam magistri Nicolai barberii de Cirimte Austria Aquilegen. Diocesis salutem in Dno. Ad petitionem et instantiam honorabilis et sapientis Viri Dni Angeli de Amelia Vicarii Revdi in Xpo Patris et Dni Dni Fratris Simonis de Salturellis de Florentia Episcopi Tergestini et procuratoris et actoris ac procuratorio et actorio nomine dicti Dni Episcopi ac vice et nomine ~~ipsius~~ dicti Episcopatus Tergestini. Presentium tenore te monemus requirimus et citamus, tibique sub excommunicationis pena dis-

trictè

tricte precipiendo mandamus quatinus infra spatium
trium dierum à presentatione presentium tibi facta
proxime computandorum debetis eidem Dño Angelo
dicto nomine pacifice et quiete dimittere, et rela=
xare quamdam ipsius Dñi Episcopi et predicti
eius Episcopatus domum sitam in dicta Civitate
Austrie in contrata Sancti Francisci et unum ortu
contiguos iuxta suos confines cum usufructibus
et perceptis seu qui percipi potuerint.
quam quidem domum ut asseritur à quinque an=
nis proxime preteritis citra, indebite et iniuste
detinuisti et occupasti ac detines et occupas in
dampnum non modicum dicti Dñi Episcopi
et eius Episcopatus et anime tue gravem iac=
turam. Aut enim debeas super his amicabi=
liter concordare, si vero de huiusmodi nostro
mandato reputas forsan te indebite pergravari
ri coram nobis dicta tercia die si iuridica fue=
rit, alias prima die iuridica tunc immediate
sequenti Utini in Loco nostre Audientie de

mane

mana causarum hora iuvedeas legitime comparere causam tui gravaminis allegaturus a nobisque super his iustitie — — — recepturus. Alioquin contra te procedemus ad ipsius excommunicationis sententiam et ad alia graviora iuris remedia iustitia mediante contumacia seu absentia tua minime obstante. Has autem litteras sigilli Vicariatus spiritualis Curie Patriarchalis Aquilegen. impressione munitas ad cautelam fecimus registrare de quarum presentatione relationi — — — earundem pleniorem dabimus fidem. Datum Utini die xiii. octobris Millo. iiii. LXXXXVIII Indictione vi.

Paris Gur. not. ss.

Ex folio servato in Tabul.° Civit. For. Iul. foris signato:

Nobilibus et prudentibus
Provisoribus Consilio et Communi nostre
Civitatis Austrie nris fidelibus dilectis.

Intus

A. Patriarcha
Aquilegen.

14.., 1 Feb. Udine;
Il Patr. d'Aquileja Antonio comunica al Com. di Cividale le mosse di Galeazzo Visconti e del Vescovo di Trento contro il Friuli.

Nobiles et prudentes fideles dilecti. nunc nunc hora XXII. Recepimus litteram credentie Incliti Ducalis Dominii Venetiarum in personam S. Nicolai Mauro qui nobis significavit qualiter habet à certo quod Dnus Galeazh cum eius societate est concors cum Episcopo Tridentino in XV. Ducatorum, et est omnino dispositus hanc intrare Patriam ad damna nostra, offerensque se nobiscum ad resisten-tiam ipsorum Gentium, quatenus cum simus dis-positi

positi invata posse eis obsistere, velitis cras mane aliquos ad nos mittere ad deliberandum pro salute totius Patriae et vestros incolas et subditos de huiusmodi avisari. Datum Utini die primo Februarii.

(Tam ipsa vel sequentem Antonium de Perusio spectat, incertum.)

---

1395 30 ott. Udine, Il Vicario Patriarcale in spiritualibus Angelo de' Baglioni ordina al capitolo di Cividale di pubblicare in scomunica contro Lena vedova del q.m notajo Nicolò di Castelluto di non pagare —

Ex folio servato ut hic retroscriptum est

Angelus de Balionibus de Perusio Decretorum Doctor Sancti Donati de Carna Perusine Diocesis Prior Reverendissimi in Christo Patris et Domini Domini Antonii Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis dignissimi Patriarche in spiritualibus Vicarius generalis: Venerabilibus Viris Decano et Canonicis Capitulo et Archidiacono... Mansionariis et Capellanis Collegiate Ecclesie Beate Marie Civitatis Austrie Aquilegensis Diocesis salutem in Domino. Olim Dominam Lenam relictam quondam Nicolai notarii de Castelluto tutricem pupil-

lorum

lorum nonun ēt dicti qdā Nicolai filiorum et heredum ipsius Nicolai, ac etiam Nicolaum et .. fratres ~~et~~ filios qdā et heredes Jacobi dal Ponte de prefata Civitate austria ob eorum contumaciam excommunicavimus et excommunicatos ~~declaravimus~~ fecimus publice nunciari, quam excommunicationem diu sustinuerunt, et adhuc sustinent animo indurato. Quia verò crescente contumacia crescere debet et pena, vobis et vestrum cuilibet committimus per presentes sub excommunicationis pena, quam ex nunc prout ex tunc in illos - - - qui mandatis nostris infrascriptis non paruerint, quod absit canonica monitione premissa ferimus in his ~~scriptis~~ districtè precipiendo mandamus quatenus prefatos Dnam Lenam - - - et Nicolaum cum fratribus predictis sic excommunicatos quibuslibet diebus Dominicis et festivis iuxta aliarum nostrarum denuntiatarum litterarum mandatum et formam excommunicatos denuntietis. Inhibentes nichilominus omnibus et singulis ~~[illegible]~~ vicinis

vestris

vestris domesticis et propinquis sub pena excommu=
nicationis nominatim et expresse, ne cum predictis
sic excommunicatis in cibo potu, loquela emendo ven=
dendo, molendo coquendo, ignem vel aquam eisdem
dando, seu quocumque alio modo participare pre=
sumant. Alioquin contra vos omnes et singulos
qui mandatis nostris huiusmodi non paruerit in hac
parte procedemus ad denuntiationem dicte excom=
municationis sententie et alia graviora iustitia
suadente inobedientia vestra minime obstante.
Has autem litteras sigilli Vicariatus spiritualis Cu=
rie Patriarchalis Aquilegen. impressione munitas
ad cautelam fecimus registrari, de quarum presen=
tatione relationi nuntii nostri iurati litteris per
easrundem planam dabimus fidem. Dat. Utini die
penultimo Octobris. Anno Dñi Millo. IIIc. LXXX=
XVo. Indictione IIIa.

Petrus Bonius not. sss. [illegible]

Ex foliolo lacero cerae vestigia foris inscripto:

Nobilibus providis fidelibus nris dilectis Castaldioni Consilio Communi nre Civit. Austr.

Intus.

Antonius Patriarcha Aquilegen.

1401, 15 marzo. Venezia. Lett. del Patr. d'Aquileja Antonio Panciera al Com. di Cividale della propria malattia [illegible] e del viaggio di Giovanna Duchessa d'Austria.

Nobiles et providi fideles dilecti. Post discessum nrum a Terra nostra Portusgruarii sospites adeo applicuimus Venetias quod statim putavimus prosequi iter nostrum, sed supervenientibus quibusdam passionibus restitimus, putantesque cum auxilio Dei in brevi discedere, cum sentiemus nos ab eisdem passionibus liberari. Et promptissime nostros sumus maturaturi gressus quoniam nuper de discessu festino Illustris nostre Dne Dne Iohanne Ducisse Austrie etc. nova sensimus satis clara. Vos denique exhortantes, licet superfluum sit, sed paterna affectione commoti, quod vestre Matri Scē Aquilegen Ecclesie ob debitum et intui-

tum nostri

16

tum nostrum solita insistatis fidelitate ut decet.
Cumque in nostros et Ecclesie nostre Locumtenen=
tes deputaverimus Venerabilem, Egregios ac No=
biles Viros Jacobum de Eistardis .. Arpin.. nostrum
in spiritualibus Vicarium generalem: Articum
Comitem de Purziliis et Mych. .. de Lanerre, fi=
deles nostros cariss.mos hortamur etiam fidelitates
vestras quod eisdem ut nostris Locumtenentibus
in omnia et per omnia pareatis.

Datum Venetiis . XV. Martii . M. .. j.

---

1400, 20 gennajo, Udine.
Lett. del Patriarca Ant. Gaetano
al Capitano di Gemona Francesco q. ser
Ermacora di Fagagna, di assistere le
persone patriarcali nel territorio
di Gemona.

Ex Notis S. Johannis de Assettis de Glemona Notarii, servatis apud Heredes olim D. Alberti de Assettis Civis Civitaten.

pag: 74. Ibiq. Nob. vir S. Franciscus S. Machore de Fagaunea tamquam Capitaneus Terre Glemone habens auctoritatem facultatem plenariam a Reveren.mo D.no nostro D.no Antonio Dei

gratia

gratia s.e.a. Sedis Aquilegen. Patha. Nobili Fran.co de Tagonea Capitaneo n.ro Slemone fideli n.ro dilecto salutem et gratiam n.ram. Ad n.ri notitiam noviter rendica relatione pervenit quod nonnulle domus et possessiones in dicta Terra n.ra Slemone et eius pertinentiis a Predecessoribus n.ris n.raq. Aquilegen. Eccl.a per plures et diversas personas livellario iure et affictu recognite et tente pro presenti destructe et ruynate manens, et sunt realiter in posseso. Ex quibus per nos et Officiales nostros pro presenti nichil recipitur, nec receptum est à tempore magno citra. Quare volentes yndempnitati in hac parte salubriter ut tenemus ex debito providere et nostram et Eccl.e n.re conditionem facere meliorem de tuisq. fidelitate et providentia plurimum confidentes tibi dictas domos et possessiones dicto iure livellario affictatas et solitas affictari de novo aliis personis n.ro successorumq. n.rorum ac Eccl.e n.re nominibus ad possessionem redificandi, reformandi et reparandi licentiam et auctoritatem plenariam tenore

presentium

presentium concedimus et liberam potestatem Harum solemni impressione sigilli testimonio litterarum. Dat. in Castro nro Utini die xx. Ianuarii M.CCC. VIII. Indict. Prima. Ex auctoritate predicta accipiens bona dicte Ecclesie Aquilegen. que tunc in pustota reducere, et redificare omnibus modo et forma quibus melius potuit; dedit concessit et investivit provido Gabrieli Mantisari quondam fuca de Glemona pro se etc. recipienti — — —

omissis.

---

pag: 74. t.° — Ex Notis predicti G. Iohis de Orsettis.

1400, 20 gen. stil. ...

... ... che precede

Ibique nob. vir. Franciscus de Faganea Capitaneus Terre Glemone habens auctoritatem et facultatem plenariam a Rmo in Xpo Pre et Dno Dno Antonio Dei gratia sce Sedis Aquilegien. Patriarcha dignissimo possessiones Aquilegien. Eccl.e que tunc in pustota in Terra Glemone, et suis pertinentiis

Locavit

locare et investire ac livellare — — ———
- - - - - ut - - - continetur quadam aperta littera
eiusdem Dni Patha. suo vero et integro sigillo in
margine sigillat. Cuius tenor talis est. Antoni=
us Dei gratia sce sedis Aquilegian Patha. Nob.
Franco de Faganea Capitaneo nro Glemona fideli
nro dilecto salutem et grãm nram. Ad nri notitiam
noviter veridica relatione notitiam pervenit
quod nonnulla domus et possessiones in dicta Tra
Glemone et eius pertinentiis a Predecessoris.
nris, nrae Ecclesia per plures et diversas personas
livellario iure et affictu - - atque tante pro
presentis despruata et reynata manent ac sunt
totaliter in supposito. Ex quibus per nos et offi=
ciales nros pro presenti nichil recipitur, nec re=
ceptum est a tempore magno citra. Quare vo=
lentes indempnitati in hac parte salubriter ut
tenemur ex debito providere et nram ac nre Ecclie
conditionem facere meliorem, de cuius fideli=
tate et providentia plurimu confidentes dictas

domos

domos et possessiones dicte jure livellario officiatas, et solitas officiari de novo aliis personis nomine n(ost)ro successorumque n(ost)rorum ac Ecclesie n(ost)re nominibus cum potestate redificandi reformandi et reparandi licentiam et auctoritatem plenariam tenore presentium concedimus et liberam potestatem. Harum sub nostri impressione sigilli testimonio litterarum. Dat in Castro n(ost)ro Ulbini die XX. Ianuarii A(nn)o M. CCC. LVIII. Indictione Prima. Ex auctoritate predicta capiatur bona dicte Ecclesie Aquilegien(sis) que sunt in potestate reducere ad culturam omnibus modo, viam ......

...... interesse provido Bernardino Franceschi Regnaj de Clemona ...... in roya ......

...... solvere annuatim Curie Rathali vel Capitaneatui D(omi)ne Clemone sold. XXVI. et non aliud ......

omissis ......

1395, 21 giugno. Udine. Il Patriarca d'Aquileja Antonio Gaetano ordina al suo Vicario Generale la restituzione de' beni tolti dal suo predecessore Giovanni di Moravia a Catterina 23
orfana figlia del fu nob. Francesco di Soffumbergo. Seguono atti relativi.

Ex Schedis apud DD. Portzios de Civitate

In xpi nomine. Amen. Nos Angelus de Balionibus de Perusio Decretorum Doctor, et sancti
Eerna Donati de Verna Perugine Diocesis Prior. Revmi in xpo Patris et Dni Dni Antonii Dei gratia sce Sedis Aquilegensis dignissimi Patriarche in spiritualibus Vicarii Generalis et ad infrascripta Commissarius per prefatum Dnum Patriarcham specialiter deputatus. Visa quadam commissione nobis facta per dictum Revmum Patriarcham sui sigilli impressione munita, nobisq. presentata per Nobilem virum Ser Iohannem Hendricum de Attens Aquilegen. Diocesis tamquam procurator Cattarine orfane filie olim nobilis Ser Francisci de Sophimbergo. Cuius quidem Commissionis tenor sequitur in hec verba, videlicet. Antonius Dei gratia sce Sedis Aquilegen. Patriarcha Venerabili viro Angelo de Balionibus de Perusio Decretorum Doctori egregio nostroq.

in spiritualib.

in spiritualibus Vicario Generali salutem et gratiam nostram. Cum pro parte Catarine orfane filie olim nobilis ser Francisci de Sophumbergo fuerit nobis humiliter supplicatum quod cum certa bona et possessiones sue posite in pertinentiis de Sophumbergo sibi ablate et accepte fuerint violenter et de facto nullo iuris ordine observato per olim bone memorie Dominum Iohannem Patriarcham ultimum Predecessorem nostrum de quibus bonis et possessionibus ipsa Catarina Pater suus, et Predecessores sui fuerunt in pacifica tenuta et possessione a tanto tempore citra, quod memoria hominum non est in contrarium, excepto quod ab adventu dicti Domini Patriarche Ioannis qui ipsam Catarinam violenter possessione dictorum bonorum atque possessionum et de facto privavit, dignaremur sibi restituere dictas possessiones et bona, eamque in Reponi in illam possessionem, in qua erat tempore quo privata fuit per dictum Patriarcham Iohannem. Volentes unicuique per iustitiam ministrare ac confidentes de tue probitatis, et circumspectionis

industria

industria. Tibi harum tenore committimus, quod
dictam Catarinam restituas ad possessionem dicta-
rum possessionum et bonorum, ipsamque inducas in
eam possessionem in qua erat tempore quo fuit ex-
poliata per dictum Dnum Patriarcham, dummo-
do ipsa Catarina coram te probaverit quod tenue-
rit et possederit dicta bona, et ipsa supra asseri-
tur expoliata fuit per dictum Dnum Patriarcham:
et dummodo nostra Aquilegen. Ecclesia dictis
possessionibus atque bonis expoliata primo non
fuerit ab eadem. Mandantes tibi quod super his
omnibus et singulis super quibus tuam conscientiam
oneramus debitum iustitie prosequaris. Datum
sub nostri soliti impressione sigilli testimonio
litterarum. Datum in nostra Terra Utini Anno
Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quin-
to die vigesimo primo mensis Maii tertie In-
dictione. Petitoque a nobis per dictum S. Io-
hannem Hendricum dicto nomine ut [illegible] ad
executionem dicte commissionis et omnium et
singulorum in ipsa contentorum procedere de-
beremus secundum ipsius commissionis continen-
tiam

tiam, et tenorem. Itaque per dictum S. Iohannem
Hendricum dicto nomine coram nobis declaratione
de dictis possessionibus et bonis qui declaravit bona
fore infrascripta, videlicet primo unum bonum si-
tum in canali prope [illegible] rectum per
Nicolaum de Canali. Item duae particulae Ronco-
rum rectae per [illegible] de eadem Villa. Item unus
campus situs in Campegla in loco dicto [illegible]
rectus per [illegible] de [illegible]. Item unum
sedimen domorum cum quodam terreno ei conti-
guo et pertinenti in loco dicto [illegible] rectum
per Antonium [illegible] de [illegible]. Item una petia
terrae dicta [illegible] rectum per com
munitatem Campegli, pro qua solvuntur denarii
viginti quinque [illegible]. Item certa particula prati [illegible]
per [illegible] pro qua solvuntur
viginti duo denarii [illegible]. Receptisque per nos
quampluribus testibus tam super dictis bonis quam
super omnibus et singulis in dicta commissione
contentis, habitaque super omnibus diligenti infor-
matione, et attentis et consideratis omnibus quae
circa haec attendenda et consideranda fuerunt, Xpi
[illegible]

iterum nomine invocato de cuius vultu recta pro-
cedunt iudicia, omni modo, via, et forma quibus
melius possumus, et debemus dictam Dnam Catarinam
et dictum eius procuratorem restituimus ad posses-
sionem dictorum bonorum ipsamque in illam posses-
sionem reducimus in qua erat tempore quo expo-
liata fuit per dictum Dnum Patriarcham Iohan-
nem; committentes et mandantes Petro Iutiq pre-
coni Communis Civitatis Austriae, nunciisque no-
stro iurato, ut ex nostra parte et mandato dictam
Dnam Catarinam vel eius procuratorem eius nomi-
ne ponat, immittat et inducat in corporalem tenu-
tam et possessionem dictorum bonorum, et cuiusli-
bet eorum. fructus autem presentis anni tantum
dictorum bonorum reservantes plenariae disposi-
tioni supradicti Dni Patriarchae.

Lecta, lata, et in scriptis promulgata fuit dicta
sententia per suprascriptum Dnum Angelum Vicarium
et Commissarium prefatum pro Tribunali sedentem
in Civitate Austria dictae Aquil. Diocesis, in domibus
habitationis ipsius Dni Angeli Anno Nativitatis

Dni nri

Dñi ab inc. Xpi Millesimo trecentesimo nonage-
simo quinto Indictione tertia die Jovis vigesimo nono
Julii. Presentibus providis viris Galileo dicto be-
...nin de Civitate Castelli familiari dicti Dñi Angeli
et Thomasio Oliti de Cavalato testibus ad hec voca-
tis specialiter et rogatis.

Suprascriptis Millessimo trecentesimo nonagesimo
quinto Indictione tertia die vero septimo mensis Augusti
Memoratus Dñs Angelus Vicarius et Commissarius
prefatus ad petitionem et instantiam dicti S. Iohannis Henrici
dicto nomine mandavit et commisit fieri litteras
infrascripti tenoris cum sui sigilli impressione
Discreto Petro fetiz nuncio suo iurato pro execu-
tione dicte commissionis infrascripte sententie dic-
to nuncio facte per eundem nuncium fiende.
Quarum litterarum tenor talis esse dignoscitur.

Angelus de Balionibus de Perusio Decretorum
Doctor Sancti Donati de Ferna Perusine diocesis Ple-
bis Rector in Xpo Patris et Dñi Dñi Antonii Dei
gratia sancte sedis Aquilegensis digni Patriarche
in spiritualibus Vicarius Generalis et Commissarius dilecto
in Xpo Petro fetiz preconi Civitatis Austrie et nostro
iurato nuncio salutem in Dño. Tibi presentium tenore

com-

committimus et mandamus quatenus Nobilem virum
S. Iohannem Hendricum de Mens Aquilegen. Dioc.
tamquam procurem et procuratorio nomine Catarine
uxoris filie olim nobilis S. Francisci de Sophumber-
go ponas et inducas in tenutam et possessionem corpo-
ralem dictorum bonorum ipsamque per dictam nostram
sententiam restituimus et reducimus ad eamdem possessio-
in qua dicta Catarina erat tempore quo spoliata fuit
per olim bo: me: Dnum Iohannem Patriarcham Aquile-
gensem ultimum prefati Dni nri Patriarche Anthonii
predecessorem - - - - omissis - - - -
Dat. in prefata Civitate Austrie die septimo Augusti
Anno Dni millmo trecentesimo octuagesimo quinto
Indictione tercia. Bona autem de quibus supra fit
mentio sunt hec, videlicet - -
- - omissis
Eisdem Millmo et Indictione. die vero Dominico
octavo dicti mensis Augusti. Actum in predicta
Civitate Austrie in domibus habitationis dicti
Dni Angeli Vicarii et commissarii predicti
providis viris S. Iohanne notario qdm S. Eni-
cletini de prefata Civitate Austrie, et Anto-
nio etc.

nio suo filio – – – – – – – – – –

Idem suprascriptus Petrus futius nuntius prefatus retulit et dixit dicto Dno Angelo Vicario et Commissario et mihi Petrobono notario infrascripto se hodie ex sui officii sacramento vigore suprascripte commissionis posuisse et induxisse suprascriptum D. Iohannem Hendricum suprascripto nomine in tenutam et corporalem possessionem omnium et singulorum bonorum suprascriptorum – – – – –

omissis

Et Ego Petrus bonus qd. D. Veritatis de Longis de Verona publicus Imperiali auctoritate notarius Spiritualis Curie Patriarchalis Aquilegensis scriba et officialis predicte sententie promulgationi, et possessionis commissionis et eiusdem commissionis execute relationi omnibusque aliis suprascriptis dum sicut premittitur agerentur et fierent una cum prenominatis testibus presens interfui, eaque sic fieri vidi, et audivi, et ipsam sententiam

et omnia

et omnia alia supra scripta in hanc publicam formam de mandato dicti Dni Vicarii et commissarii rogatusque et requisitione dicti G. Johannis Hendrici dicto nomine redegi et publicavi, propriaque manu signo et nomine meis appositis consuetis scripsi in fidem et testimonium premissorum omnium et singulorum.

---

Ex Vol.e servato in Arch.o Notariorum Civitaten.

1377, 17 april. Udine
Lettera del Patriarca d'Aquileja Antonio Gaetano sulla nomina del Piovano di S. Pietro in Schirnevich, il cui ius patronato era preteso dall' Ordine Teutonico.

Antonius Dei gratia etc. Dilecto nobis in Xpo fratri Johanni Ordinis Theutonicorum hospitalis Scte Marie de Jerusalem salutem in Dno. Vacante nuper Parochiali Ecclesia se Plebe Scti Petri in Schirnevich nre Aquilegen Dioc. per mortem fris Alberti de Warisperg ultimi et immediati Plebani et Rectoris eiusdem. Tu in nri presentia constitutus certas litteras Venerb et egregii Militis Dni Walrab de Scaufenberch Provincialis eiusdem Ordinis exhibuisti per quas idem Dns Provincialis asserens se patronum

seu

seu presentandi Plebanum, et Rectorem in dicta ecclesia
sancti Petri ad ipsum Provincialem spectare et perti-
nere, se tamquam ydoneum ad dictam Ecclesiam et curam ei-
usdem et administrationem in Plebanum et Rectorem
eiusdem per nos ad quos institutio et confirmatio
iure ordinario noscitur pertinere instituendum et
confirmandum nobis humiliter presentavit. Nos vero Vo-
lentes in predictis iuris ordine servato procedere
habitaque prius sufficienti et ydonea confirmatio-
ne quod Provinciales dicti ordinis qui pro tempore
fuerunt in pacifica et quieta possessione dicti iuris pa-
tronatus seu presentandi Rectorem ac Plebanum
ad dictam Ecclesiam per nos ut premittitur instituendum
et confirmandum a longo tempore et citra fuerunt et
sunt, prout perquamplures litteras autenticas plurium
Predecessorum Nostrorum coram Nobis per eum productas
extitit plenarie facta fides: Decrevimus secundum
iuris formam et ordinem edictum fieri tenoris et
forme sequentis. Videlicet. Antonius etc. ponatur
totus tenor edicti. Post cuius quidem edictum de-
cretum et emanationem de ipsius Edicti affixio-
ne in valvis dicte Ecclesie iuxta et secundum dicti
Edicti tenorem et formam facta per predictum

ptrum Nicolaum. idemque ptr Nicolaus coram no-
bis personaliter constitutus, fecit debitam relationem
oraterius, illam tamen quorundam testium, qui
eidem affixioni fuerunt affuerunt suffragio [illegible]
varis et sign. — Adveniente(que) termino in dicto
nro edicto contento nulloque coram nobis vel Vica-
rio nostro praedicto infra dictum terminum compa-
rente ad opponendum aliquid contra personam
tuam, vel contra praesentationem praedictam, et ejus
formam ac praesentantes personam praedictam coram
nobis personaliter constitutum fuit debito modo,
omnium praefatorum virtute dicti Edicti, citatorum
et monitorum seu requisitorum, et non comparentium
contumacia accusata, ac petitum humiliter, quod
pronuntiatis per nos antedictis citatis monitis
seu requisitis per dictum Edictum, contumacibus
ad institutionem, et confirmationem dictae praesentatio-
nis, seu potius ad instituendum et confirmandum
te modo praedicto et praefatam [illegible] praesentatam
procedere misericorditer deberemus. Nos vero
considerantes personam tuam [illegible]
volentes quae [illegible]

quod

quod nos fide dignis testimoniis commendaris, at-
tributisque praefati Venerabilis egregii Nobilis Pro-
vincialis et praelibati gratiam et praedictis facere
liberalem. Te [illegible] praefatum co-
ram nobis personaliter et flexis genibus constitu-
tum ac praedicta infrascripta humiliter et per nos
misericorditer peti parentem [illegible] praelibato
ad dictam Ecclesiam, eiusque curam et administrationem
per dictos Provinciales nobis ut praemittitur praesen-
tatum, [illegible] via, cura et forma quibus melius
possumus, [illegible] nostro ordinario iure in Ple-
banum et Rectorem dictae Parochialis Ecclesiae Plebis
[illegible] — — — — — — —
idoneum instituimus et confirmamus, — —
Committentesque [illegible] — — — —
— — — ac per annalem nostram commissio-
nem [illegible] de praedictis [illegible] — —
— — — — [illegible] praedicta debitae
[illegible] officiali [illegible] filio [illegible]
[illegible] Plebano Ecclesiae Sancti Michaelis prope [illegible]
[illegible] tenore committimus et mandamus quatenus te vel
procuratorem tuum nomine tuo in tenutam et corpora-

lem possessionem

lem possessionem ipsius Plebis ponas et inducas, ac indu-
tum defendas, faciatque tibi, vel — — — — — —
— — — — — — — — — — respondeti. Contra-
dictores quoslibet ac rebelles praefata nostra auctoritate
ordinaria per censuram Ecclesiasticam compescendo. Harum
sub nostri appensione etc. Datum in nostro Castro Utini
Anno etc. die decimoseptimo Aprilis. VI. Indict.

Ex parvo folio, scil: quadrato.
— ej. Dñi de Bojan-

Fori. Reverendiss.o in Xpo Patri et Dño Domino
A. miseratione divina Patriarche Aqui-
legen' Dño Honorando

Iany./

Reverendiss.e in Xpo Pater, et Domine. Vestras re-
cepi litteras, quarum intellecto tenore, non modicum
fui admiratus de hiis, que Vra. Paternitas R. mi-
chi scribit, cum de talibus numquam aliquid cen-
serim, neque sentio, que si sentiissem Vestre nota
fecissem Paternitati, nec credatis verbis aliquorum
forsan contrarium obloquentium, nam sanctissimus
Dñs noster personam vestram paterno zelo prose-
quitur, et hec que de ura paternitate scribuntur, ita
vera sunt, quemadmodum celum cum terra coniun-
gitur. Estote constantis, et virilis animi, et Deus ac
Dñs noster prefatus vos iuvabunt, et sperate quia
hii qui vestro detrahunt honori finaliter cognoscen-
tur, et de sua non poterunt malitia gloriari. Attendi-
te ad facta vestra postponendo omnes emulos, et oblo-
quentes, qui licet ibi forsitan obloquantur, tamen hic

tacent

tacent, et loqui non audent. Si qua sentiremus honori vestro contraria procul dubio ea Vestre Paternitati nota faceremus, et faciemus dum casus occurret, et in hoc spem firmissimam adhibete, nec credatis, quod si hec vera essent tardarissemus ea significare vestre Paternitati, quam conservet Altissimus ad vota. Script. Rome die vj Augusti M.cccc.v.

Episcopus
V.r [illegible] Florentinus } etc.

[ iste est unus de majoribus cum dño nro qui scribit.

Boni Bochusum l. a.

Antonius Dei gratia S.ctae Sedis Aquilegen. Patriar-
cha. Nobilibus et prudentibus Castaldioni. Provisori-
bus. Consilio, et Communi nostrae Civitatis Austriae
nostris fidelibus dilectis. Salutem et gratiam nostram.
Ad nostrum noviter pervenit auditum vela.....quod
quidam Christophorus dictus Foracita de dicta nostra
Civitate Austria propter ipsius demerita, et tamquam
male conditionis et vitae de ipsa Terra nostra ban-
nitus per aliquos ipsius Terrae nostrae incolas furtive
et clandestine in contemptum dominii, et justitiae
vilipendium detinere, et ut praesumitur ad aliquod
ipsius Terrae Civium perniciem, destructionem et dam-
num. Quare cum huiusmodi viri scelerati veniant
debito iuris ordine servato puniendi neque.... sunt
quomodolibet toleranda. Vobis de quorum pruden-
tia et fidelitate confidentiam gerimus pleniorem
harum tenore committimus et mandamus, quatenus
auctoritate Nostra diligenter investigetis penes quos
et ubi ipse malefactor teneatur, et repertis detentori-
bus tam contra ipsum malefactorem, quam contra de-
tentores eiusdem, et ipsorum bona sive sint Clerici, sive

laici

laici cuiuscunque etatis seu conditionis eadem nostra auctoritate mediante iustitia, ac ad ipsorum punitionem taliter procedatis, et taliter quod tremorem aliis sit simi-
lia comittendi; et ut a talibus desistant, et cedat ca-
teris ad exemplum. Harum sub nostri impressione sigilli testimonio litterarum. Dat in Castro nostro Utini die VI. Iunii. Undecima Indictione. Anno Dni millo Quadringentesimo tercio.

Iohannes ...

L. S.

in sig. maximi

in carta impssi.

---

Ex Collectis a Nob: Dno Carolo Fabritio Utinen. sequens est signata num. 28. 1403.

Antonius Dei gratia sancte Sedis Aquilegen. Patriarcha.

Nobiles ac prudentes fideles dilecti. Dignum lauda-
bile, et honestum arbitramur, quod Principes et Rec-
tores huius seculi sue mentis acumen erectum assi-
dua

Quã diligentia debeant tenere circa suarum omnium suorumque fidelium servitorum statys et honoris promotionem, et precipue illorum, qui non solum Principi, sed toti Patrie sunt et cognoscuntur in casibus occurrentibus permaxime utiles, et favorabiles. Nos igitur attendentes, luceque clara cognoscentes hanc Terram nostram Utini, eiusque Cives nobis fideles non solum ad presens, sed a longissimis temporibus citra Sancte Aquilegen. Ecclesie sponse Nostre, totique Patrie semper fuisse propitios, ac promptos ad conservationem status et honoris, ac Presidentium dicte Ecclesie, quodque pondus et estus pro istis persepe portant, et portaverunt ex nunc ipsos nostros fideles propter doni et gratie largitionem amplius animare volentes, sibi de nostre Potestatis plenitudine concessimus, et ut omnino decrevimus, quod omnes et singuli Saumerii, seu Cagenaru, ac ceteri Mercatores descendentes de partibus superioribus, et declinantes ad locum Artenee, descensum seu iter suum continuare debentes ad partes inferiores ultra Utinum debeant cum personis et rebus suis per dictam Terram Nostram tam in accessu, quam reditu omnimode facere transitum suum liberum secu

cunam

currum et expeditum nullo onere propter huiusmodi transitum aggravandi sub pena amittendi quecunque mercimonia sua. Quare ne sub ignorantie colore quisquam huiusmodi nostre gratie seu decreti causam habeat excusationis, vos requirimus, vobisque imponimus, ut omnibus et singulis mercatoribus, de quibus supra factus est sermo, conscientiam faciatis, ipsosque auisatos reddatis, ut tanti facti non conne audeant esse transgressores predicte nostre legis sub pena pretacta. Datum in Terra nostra Utini die xxvij. Iunii Indictione XI^a^ currente

Foris./

Nobili et prudentibus viris ... Capitaneo, Consilio et Communi Terre Nostre Glemone Fidelibus Nostris dilectis.

Hoc in Tabulario Civitatis Utini.

Dé Faganex

Monumenta Patriarchatus Dñi Ludovici Ducis de Tech.

[illegible]

Ludovici Ducis de Dech
Patriarchae Aquilegen.
Monumenta

Servantur sequentia in Tabulario
Civitatis Forojulii.
nisi aliter adnotetur.

Extra

Nobilibus Viris . . Gastaldioni . . Provisoribus
et Communitati Civitatis Austriae Fidelibus
nostris dilectis.

Intus

Lodovicus Dux de Dech Dei gratia Sanctae
Sedis Aquilegen. Patriarcha electus.

Fideles dilecti salutem et gratiam nostram. Ha=
bito maturo consilio, et deliberatione determi=
naverimus

minavimus pro statu salutifero manutenere et
sustentare Patrie nostre Forojulii et pro fructibus
recolligendis et seminatione facienda ut Incole
Patrie nostre valeant se sustentare et vivere. Cum
gentibus nostris, et servitoribus, nostris Inimicis
resistere: Ita quod suprascripta .. valeat per La-
boratores nostros et Subditorum nostrorum: Quare
Fidelitates vestras requirimus, et vobis mandamus
ut posse vestrum facere studeatis pedestrem et eques-
trem ex. nobis Utinum transmittere curetis et
presto ut predicta .. non tardetur. Et tunc ipsas
gentes mittemus ad Loca necessaria, Ubi predicte
tute poterunt per rusticos et massarios totius
Patrie ad ipsos tuendos et defendendos. Dat in cas-
tro nostro Utini. Die penultima Septembris. M.
IIIJ. XIII.

---

Concord: par: est supraseripta.

Alia in cod:

Altera Ep(isto)la chart(ace)a ut sup(ra)

Ab extra./ Nobilibus Viris ... Castaldioni Provisoribus Consilio et Co(mmun)itati D(omi)ne n(ost)re Civit(atis) Austr(iae) Fidelibus n(ost)ris dilectis ...

Intus./ Lodovicus Dux de Deck ... s(an)c(t)e Sedis Aquilegensis Patria ... chus.

Nobiles et egregii fideles dilecti salut(em) et gratia(m) n(ost)ra(m). Litteras vestras hora octava noctis percepimus quibus intellectis et perlectis misimus eas ad Consiliarios Utini significando eis bonam et sinceram Voluntatem vestram: Unde fidelitatibus vestris respondemus ex eo quod iste Gentes veniunt de Castro Arii: Alique vero Gentes possent venire de Savorgnano, et facere condunationem insimul, videtur nobis consultu(m) quod omne exfortium vestrum faciat tam equitum quam peditum tam stipendiariorum quam Civium

exploratores

exploratores certos habitosque ad ipsa loca Inimici gressus nos dirigant, et Cum gentibus vestris omnibus veniatis ad Nos ad Terram nostram Utini, vel prope Terram, quia iste locus videtur nobis abilior quam sit in Patria, si vellent revertere Ariis nos possumus eis dare conflictum: similiter si vellent revertere Savorgnanum, sic fieret in isto medio, cognita veritate ubi sint vel ubi inceperint dampnificare, nos una vobiscum personaliter intendimus transire cum vexillo Ecclesie exfortia nostra faciendo. Similiter sic faciet Communitas Utini tam Equitum quam peditum. Insuper scrip- - - - et exhortatur Magnificum Dnum Aynricum Comitem Goricie quod ab alia parte exfortia - - - facere, veniendo nobis obviam, quia hoc negotium tantum tangit eum, quantum nos. Nol- - - - vos venire huc ad nos quia pro certo consideramus pro meliori. Ex huiusmodi presum- - - - - - cum T. de Savorgnano et sequacium congregacione ad combustionem et consumptionem - - - - et ruralium, consideratus illa procedere ex desperatione. Venet et T. sentientes

adventu

adventum Dñi Nri Regis vellent primo consumare Patriam per incendia et destruere eam, quia Dns — — — nec Gentes sue haberent victualia, et propter carestiam non stare possent in Patria — — — tempus est obviandi faciendo diligentiam vestram ut speramus. Dat in Castro nostro¹ post matutinas: die Lune XI. Octobris.

Alia chart. Epla in predicto Tabul°.

Ab extra.

Egregiis et Nobilibus Viris — Gastaldioni — — Provisoribus Consilio et Communitati Terre Civit. Aust. Fidelibus nris Dilectis.

Intus.

Ledovicus Dux de Teck Dei gratia Ste Sedis Aquilegen. Patriarcha Electus.

Egregii et Nobiles Fideles dilecti salutem et gram nram.

Super

¹ in Castro nro Utini — forsi legendum.

Ursen.

Nuper percepimus responsum vestrum factum Dño Volrico Rectori in Ursen secretario nostro super facto Abbatie Rosacen, quo intellecto miramur valde quod de spiritualibus et beneficiis ad nos spectantibus, et ad vos non pertinentibus vultis vos intromittere. Et iam diu fidelitates vestre scire debent quod de omnibus feudis et beneficiis que spectant ad collationem nostram et Ecclesie nostre disposuimus nos intromittere cum adiutorio et de mandato Dñi nostri Regis. quare tenore presentium vos requirimus et seriose mandamus quod de dicta Abbatia et collatione nostra vos intromittere non presumatis sed consilio, Dño et favores vestros in his exequendis impendatis. Nobis autem jurastis debitam fidelitatem et obedientiam. Et Nos vobis promisimus conservare vos in vestris antiquis iuribus, et sic rigore dicti iuramenti per vos nobis facti vos requirimus ut de spiritualibus nostris vos non intromittatis. Et si secus feceritis quod non credimus conabimur nobis providere de remedio opportuno juris. Et si tot et

tanta

tanta que nobis ad presens incumbunt expedire non haberemus, vellemus et presto iura nostra et Ecclesie defensare et manutenere, habentes de certo quod deliberavimus nullum Abbatem vel Pastorem dictam Abbatiam detinere, nisi sit cum voluntate et licentia nostra, ne dicta Abbatia impetretur per aliquem qui in dicta nostra presentia generet scandalum, vel aliquam ... lentoniam que omnia vitare intendimus nostro posse et Dni nostri Regis. Datum in Castro nostro Utini die XIII. Octobris Indict. quinta.

---

Apud Nob. D. Carolum Fabritium
Utinen exemplum Epistole
sequentis.

Tergo. ...

Nobilibus Viris Capitaneo, Deputatis, Consilio
et Communitati Terre nostre Utini
Fidelibus nris dilectis.

Lodovicus

Lodovicus Dux de Tech Dei gratia
Sancte Sedis Aquilegensis
Patriarcha Electus.

Transs.

Fideles dilecti salutem et gratiam nostram. Heri sero tarde litteras quas vobis mittimus praesentibus interclusis recepimus et vobis notificamus qualiter Nuncii nostri nobis oretenus exposuerunt; et quod ipsi oculis ipsorum viderunt gentes infinitas Regiae Maiestatis, et ut dicitur, sunt XVI. Equitum et sunt Tartari, Chimi et alii, et iam sunt in territorio (Fedenii.) Dni. Fr. Cognati nostri carissimi Imperialis Vicarii, et his non obstantibus misimus ad videndum istas Gentes, ut de certo valeamus informari per Nuncios nostros quot sunt in numero, et quam festinanter veniant. Dat. in nostro Patriarchali Palatio nostre Civitatis Austrie die Lune octavo Augusti. M°.IIII°.XII.

Inter Schedas Dñorum de Soardis
Nobb: Utinensium.

Lodovicus Dux de TeKK Dei gratia
Sancte Sedis Aquilegeñ. Patriarcha.

Honorabili Thobia de Sibillitis de ~~Utino~~ Terra nra Utini salutem et gratiam nostram. Cum hoc sit quod tempore vite sue fidelis noster dilectus Leonhardus de Andriottis de Terra nostra Utini nonnulla bona in feudum habitantie Castri nri Utini habuisset et tenuisset et – – – do Dña Dolza eiusdem Leonhardi uxor eadem bona tenebat – – – – – – – – – – inter cetera unam domum Utini – – – – – – – – – – damus – – – – ac tibi tuisque heredibus concedimus per presentem investituram – – – – – – – – – – – – –

Dat in Castro nostro Sophimbergi die XI: mensis Augusti. Anno Domini. M.CCCC. XIII.

XIII. Indictione VI.

Universis - - - - - Nos Philippus de Fontanellis Vicedecanus Canonici et Capitulum Aquilegen - - - - - approbamus - - - - supradescripta - - - - - - - - - - - - - - - - sigillo iussimus - - muniri. Dat in Capitulo nro Aquilegen - - - - - - -

---

Ex Authographo MSS.

ut in Otio Forojulien meo. pag. 29.

In Christi nomine. Amen. Anno Millo Quadragentesimo terciodecimo. Indictione sexta. die vigesimo Septembris. Actum in Monasterio Sancti Petri de Rosatio in quadam Camera superiori versus Aquilegiam. Presentibus ibidem Venerabilibus et prudentibus Dno Laurentio de Fresach Abbate Rosacen electo, Dno Volrico Rectore in

Urgen

Ursen infrascripti Dni Patriarchae Secretario
Dordé de Loubertis de Civitate Austria, Osualdo
de Fresach Castaldione Tumettii sive Carnee; Con=
dolfo Capitaneo Sofumbergi testibus et aliis pluri=
bus in multitudine copiosa. Ibique in presen=
tia dictorum testium, et mei Iacobi notarii infra=
scripti partiumque infrascriptarum Reveren=
dissimus in Xpo Pater et Illustris Princeps Dnus
noster Dnus Lodovicus Dux de Tech Dei gratia
sta Sedis Aquilegen Patriarcha electus exposuit
et viva voce narravit quod elii paucis diebus
elapsis Nobilis Vir S. Bartholomaeus de Pram=
pergo certas litteras cuiusdam commissionis sibi
facte per Invictissimum Principem et Dnum Sigis=
mundum - - - - Dei gratia Romanorum et
Ungarie Regem eius vero sigillo sigillatas pre=
sentavit qua cum illa qua decuit reverentia re=
cepit, quarum litterarum tenor talis erat etc.
et sequuntur in hec verba: SIGISMUNDUS
Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus
et Ungarie

et Ungarie Dalmatie Croatie etc. Rex: Venera-
bili et Illustri Lodovico in Patriarcham Aquilegeñ
electo gratiam Regiam et omne bonum. Quia Nos
de fide legalitate; industria, scientia et peritia
quibus largitor omnium bonorum personam ves-
tram desuper insignivit ab experto notitiam
probatam habentes Vobis sollicitudinis nostre
partes impertimur. Quare examinationem, co-
gnitionem, diffinitionem determinationem questi-
onis, sive cause inter Nobilem Bartholomeum
de Prampergo ab una, et Nobilem Pertoldum de
Pers et Communitatem Glemone parte ex altera
nostros et Sacri Imperii Fideles dilectos occasione
certorum bonorum mote et ventilate et adhuc
pendentis indecise Vos duximus delegandum.
Volentes ut partes easdem ad certum competentem
terminum Vestri in presentiam citari et avocari
peremptorie faciatis, visisque eorum iuribus et
receptis probationibus in causa sive questione
huiusmodi summarie simpliciter, et de plano

sine

ac sine fraude et strepitu iudicii terminis prolbre=
viatis procedendo Deum et iustitiam pre oculis
habendo causam eamdem decidatis finaliter et
diffinitive, appellatione frivola remota, et fine
debito terminetis facientes quod decreveritis fir=
miter observare etiam Nra Regia Auctoritate.
Harum sub nri impressione sigilli testimonio
litterarum. Dat in Civitate Principis nostri
Luricen Episcopi vigesima sexta die Augusti Regno=
rum Nrorum Anno Ungarie M. XXVI. Roma=
norum vero tercio. Et non valens dictus Dns nr
Patha dictas partes amicabiliter concordare et ad
Concordium inducere ante se pluries vocatas
non valensque et aliis occupatus negotiis maioribus
dictam causam audire diffinire et decidere
iuridice et secundum formam dicte Commissio=
nis de consensu et voluntate dictorum Bartho=
lomei et Pertoldi ibidem presencium et ex=
presse consentientium dictam causam tam Vi=
gore Commissionis sibi facte quam etiam suo

nomine

nomine proprio ut tenetur audiendam, diffini-
endam, decidendam, et fine debito terminandam
summarie simpliciter, et de plano, melioribus mo-
dis, via, iure et forma quibus potuit et sciuit
commisit Venerabili Dno Nicolao de Portugruar-
rio Decretorum Doctori in spiritualibus Vicario
generali, ipsumque vigore dicte commissionis
sibi facte per prefatum Dnum nrm Romanorum
Regem subdelegauit, mandans sibi ut dictam cau-
sam vocatis et citatis partibus audiat, iudicet, et
decidat iuxta et secundum voluntatem Regiam.
Qui quidem Dns Nicolaus petentibus et instantibus
dictis S. Bartholomeo et Pertholdo volentibusque
in dicta causa procedere summarie, simpliciter, et
de plano, ac sine strepitu et figura Iuditii volens
mandatis dicti Dni nri Patriarche parere
et obedire prefatam commissionem, et subde-
legationem acceptauit offerens se dictis parti-
bus iustitiam ministrare iuxta et secundum
formam dicte commissionis subdelegationis, et

contradictionis

contentationis partium predictarum.

Et Ego Jacobus habitans in Civitate Austr. natus Antonii olim q. Suappi de Tricesimo publicus Imperiali Auctoritate Notarius predictis omnibus presens fui et predicta rogatus scribere scripsi et fideliter publicavi.

---

In Tabulario Monasterii Maioris
in Loculo VI. tit. Cividale
servatur hoedina signata
num. 231.

In xpi nomine Amen. Anno Nativitatis eiusdem Millo quadragentesimo duodecimo. Indict. V. die Veneris. XV. Iulii. Actum in Civitate Austria. In Sala Consilii ipsius Civitatis Austr. in pleno Consilio Parlamenti. Coram Reverendissimo

dissimo Dno Lodovico Patriarcha. In quo Consilio interfuerunt Consiliarii Consilii Parlamenti, et alii videlicet Revmus Dns Henricus Episcopus Concordien. Dni Federicus Decanus Aquilegen. D. Thomasius Abbas Mosacen. Dns Guielmus Comes Prate. Simon de Pulcinico. Vincislaus de Spenimbergo. Iohannes Paduanus de Coloreto. Nicolaus Lu Barba de Attens. Conradus de Brazzaccho. Dns Conradus Boyanus. Iohannes Crepula. et Bartholomeus de Capite Longo pro Communitate Aquilegie. Nicolaus de Portis et Guielminus Pizzi pro Communitate Civitatis Austrie. Dns Loysius de Cignottis et Nicolaus Raynoldi pro Communitate Utini. Benvenutus et Odoricus pro Communitate Glemone. Et inter cetera que in dicto Consilio

— — — — — — — — — — — — — —

— — — — — — — — — — — — — —

§. Nicolaus de Portis pro parte Monasterii Maioris — — — — — — — — impositioni non consentit — — — — — — —

— — in damnum

..in damnum ipsius Monasterii — — — —

— — — Et similiter Dni Nicolaus Decanus Civitaten. et Johannes Franciscus pro Capitulo Civitatensi — — — — — — — quod Capitulum non tenetur — — — —

---

Aliud

In Christi nomine. Amen. Anno à Nativitate eiusdem Dni. Millo quadragentesimo tertiodecimo. Indictione VI. die XVI. Xbris. Actum in Castro Patriarchali Utini. In Consilio Parlamenti in quo interfuerunt Reverendiss: in Xpo Pater, et Illustris Princeps et Dns noster Dns Lodovicus Dux de Tech Dei gratia sanctae Sedis Aquilegen. Patriarcha electus. pro Prelatis Dns Henricus Episcopus Concordien. Dns Philippus de Fontanellis. pro Franchis Dns Iohan=

nes

nis Comes Prate. Pro Nobilibus Dñs Vincislaus de Spegnimbergo, Iohannes de Valvason, Andreas de Pramperg, Iohannes Paduanus de Colloreto, Galvanus de Maniacho, Marcus de Murucio, Lovisius de Strasoldo, Nicolaus de Villalta; pro Communitatibus, pro Communitate Aquilegensi Thobus de' Sibillitis de Utino, et Doymeus de Aquilegia. pro Communitate Civitatis Austriæ Guielminus Puppi, et Zenon Philippi. pro Communitate Utini Xpoforus de' Valentinis, et Macor de Camino de Utino. pro Communitate Glemone Tarinus et Xpoforus de Formentinis de Glemona omnes Consiliarii, et de Consilio Parlamenti Patriæ Forijulii: Et inter cetera - - - . —— — —

[illegible] et quod heri [illegible]

quinque Deputati pro provisionibus Patriæ tempore guerre que habebatur cum Venetis, conquesti fuerunt, quod Capitulum Civitatense, et Monasterium Maius Civitatis Austriæ qui nolunt solvere impositiones – [illegible] pro suspen-

sationa

tatione et defensione Patriae Fori Iulii. Et pro Capitulo Venerabiles Dni Nicolaus de Portugruario Decanus Capituli, et Johannes Franciscus Canonicus Civitaten pro dicto Capitulo, et Nob: D. Nicolaus de Portis de Civitate Austriae pro dicto Monasterio ex adverso dicebant dictum Capitulum et Monasterium non teneri facere taleam, nec militiam, nec ad dictam impositionem impositam, quod numquam solverunt taleam

sed quando vexillum Ecclesiae Aquilegen portatur, et vexillum Civitatis Austriae sequitur dictum vexillum.

Aliud. ibi-ʒ.

In xpi nomine. Amen. Anno à Nativitate eiusdem Domini Millō quadragentesimo quartodecimo. Indictione septima, die decimoquarto mensis Januar. Utini in Stupa Superiori Castri, in quo loco vocatum et congregatum erat Parlamentum totius Patrie Fori Iulii. Ad providendum

de' negociis concernantibus tam Reverendiss: in xpo Patrem Dnum nostrum Dnum Lodovicum de Tech sce sedis Aquilegensis Patriarcham electum Ducem de Tech et Ecclesiam Aquilegen̄ quam totam Patriam in nonnullas personas et Universitates

in quo interfuerunt Reverendiss: in xpo Pater et Dns noster Dns et Illustris Princeps Dns Lodovicus dux de Tech sancte sedis Aquilegen̄ Patriarcha electus

una cum Nobilibus Viris S. Simone de Pulcinicho et S. Zenone olim S. Philippi de Civitate Austrie

ad providendum

conservationi, et defensioni

ipsius Patrie Forijulii in guerra et occasione guerre inter Serenissimum et Invictissimum Principem Dominum Sigismundum Dei gratia Romanorum et Ungarie Regem cui ipsa Patria Forijulii debitam facit obedientiam, et Ducale Dominium Venetorum propositum fuisset quod ipsi Domini Episcopus, S. Iohannis Nachorius, et Zenon olim ut Deputati Patrie ex commissione

mille Ducatos auri

pro stipendio Ungarorum

Ex Ordina apud Co: Iustum Mistrutium
Canonicum Civitaten. servata.

In Xpi nomine. Amen. Anno Dominice Nativitatis Millo quadragentesimo decimo quarto. Indictione septima die - - - mensis Aprilis. Actum in Castro Utini super sala magna. In pleno Parlamento ad sonum Campane - - - celebrato et convocato. In quo interfuerunt Reverendiss: in Xpo Pater et Dns noster Dns Lodovicus de Deck Dei gratia sce Sedis sancte Sedis Aquilegen. Patriarcha. Dns Henricus Episcopus Concordien. Dns Thomas Abbas - - - - - - Canonicus Aquilegensis pro Capitulo Aquilegn. pro Abbate Sexten. Dns Paulus Prepositus Concordian. pro Abbate Bellunen. Dns Nicolaus de Decretorum Doctor, et Nordius Can. cus Civitaten. pro Capitulo Utinen. - Dns Iacobus Decanus - - - - - Andreas de Broglavaca, et Dns Herculas Prepositus sancti Stephani pro Preposito sancti Felicis - - - - - pro

Prata

Prata et Porcilejs, Dns Guido .. Pro Palcinico S. Fran=
ciscus et Dns Vinislaus de Spegnimbergo, S. Fresaus,
Jacobus Dni Bizardi, et Christoforus de Cuchanea,
Johannes Paduanus de Coloreto pro Nobilibus de
Coloreto, Jacobus Vitus, et Bartholomeus de Pram=
pergo pro Castello - - Marcus
de Muruzio, Johannes de Fontebono, Antonius de
Strasoldo, Guglelmus - - - de Villalta, Galvanus
de Mariaco, Andreas de Sbroglavacca, Nicolaus
- - - - Thadeus de Manzano, Nassasius de la
Fratina pro Salvarolo, et Toso - - - - - - pro
Varmo superiori et inferiori nullus - - - de
Brazzacho pro Communitate - - notarius,
Johannes Crespel pro Communitate Aquilegie,
pro Civitate Austrie Nicolaus de Portis et Johan=
ninus Puppus: pro Communitate Utini S. Petrus
Marchisina, Johannes Guberti, Nicolaus Dni Bette
Alexander Drapperius pro Communitate Glemone
Thurinus, Fantonus, et Henricus notarius pro
Communitate - - - - Gasparinus pro Commu=
nitate

nitate Tulmécii; Nicolaus pro Communitate Montisfalconi, Fidericus - - et Naspinguerra pro Communitate Marani, Iohannes et Iohannes, q. Zelchevinus et duo alii. Pro Communitate Sacili Iohannes Philippus notarius; Guielmus de Faganea pro Communitate Faganee, pro Canipa - - - de Canipa, pro Airiano Nicolaus et Victor notarius; pro Portugruario q. Valenzius, pro Sancto Vito Rizardus de Sancto Vito, pro Communitate Sancti Danielis Georgius parvus. Item quod quilibet tueatur, et dimittatur in possessione sua, et per sententiam accipiatur de possessione.

fuit quod quilibet si possideat aliquam rem pacifice per annum et diem in possessione sua tueatur et per sententiam

excepto quam contra Dnum Patriarcham si bona sua essent sibi occupata.

Et Ego Henricus Guerardi de Civitate Auss. Aquilegen

Aquilegeñ Dioc. Apostolica et Imperiali auctoritate Notarius publicus, Iudexque Ordinarius prout inveni in notis, ex quaterno diffinitionum Parlamenti olim S. Iacomini notarii S. Anthonii qdam S. Suapi de Tricesimo habitantis in Civitate Austrie de commissione michi facta per Magnificum, potentem

{ cetera non apparent ob refectionem lcedinis.

---

In Archivio Notariorum
Civitateñ. inter folia ut d.e volans.

Lodovicus Dei gratia sancte Sedis Aquilegeñ Patriarcha Electus Dux de Dech   Egregio et Nobili Guidoni Comiti Purciliarum fideli Nro dilecto salutem et gratiam nostram. Grata tue fidelitatis obsequia, et servicia nobis impensa considerantes: Attendentes etiam ut ex Pastorali officiũ debito

tenemur

tenemur Nobis et Ecclesiae in similibus et - -
- - - aliis debitis et salubriter providere cupien-
tes quod ipsi - - - - - - et Nobis quan-
tum possumus fideles invenire vassallos, et atten-
dentes promptam fidelitatem tuam et sincerum
amorem quos tu ad Ecclesiam nostram et Nos ha-
buisti et habes, et dante Domino ferventius habere
speramus in futurum, et ut peramplius animeris
volentes tibi et tuis heredibus - - - - -
- - - - - - - - - - - -
- - - Cum hoc sit quod quidam Bartholo-
meus de Azano certa bona feudalia infrascripta
ab Ecclesia nostra habuisset, et recognovisset.
Et primo. - - - - - - - in Portugruario - -
- - - - - - - - - in Azanono - -
- - - - - - - - - in Muris - - -
- - - - - - - - - in Prodolono - - -
- - - - - - - in Pratis domini - -
- - - - - - tibi concedimus - - - - -
- - in rectum et legale feudum - - - -
- - -

— — ——————— — — — — — —

— — — — — — — — — — tamquam eorum Domi-
no Feudatario pareant et obediant. Mandantes
igitur Capitaneo Nostro Sancti Viti, ut te vel pro-
curatorem tuum — — — — — ——— —

— — — — — — — in tenutam — — — — —

— — — — — — — — — — —

Dat in Castro Nro Utini die XVIII. mensis Apri-
lis. M. CCCC. XIIII. Indictione VII.

---

Inter Schedas. DD. Bojanorum
Civitatis Austriæ.

Rects./

Venerabili Viro Dno Ulrico Plebano in
Radmanstorf Reverendi in Xpo Patris, ac
Illustris Principis et Dni Nri Dni Lodovici
Ducis de Dekek Dei gra sancte Sedis.
Aquilegen Patriarche electi Secretario

Dno

Dnō nobis plurimum honorando.

Inters./

Venerabilis Vir ac Domine nobis plurimum honorande premissa recommendatione salutem. Recolentes benignitatem quam ad nos et Capitulũ nostrum semper habuistis audaciam sumimus cum maxima fiducia in nostris necessitatibus ad vos faciendi recursum. Sperantes in benignitate eadem quod in his que petimus vestras dignabimini interponere partes. Hinc est quod nuper per Venerabilem Virum et eximium Decretorum Doctorẽ Dnum Nicolaum de Portugruario Revmi in Xpo Patris ac Illustris Principis et Dni Nri Dni Lodovici Ducis de Tekch Dei gratia sce sedis Aquilegeñ Patriarche Electi, et dicte Ecclesie sue in spiritualibus Vicarium Generalem possessione Decanatus ipsius Aquilegeñ Ecclesie adepta, et sic vacante Decanatu Ecclesie Civitaten sperantes ipsi Ecclesie bene providere, prout fecisse credimus

mus vocatis vocandis ad electionem futuri Deca=
ni celebrandam unanimiter elegimus Venerabilem
Virum Dnum Nicolaum Philippi Concanonicum
Nrum virum scientia litteratum doctum bonis mo=
ribus ornatum, antiquum et de iuribus Ecclesie nre
per omnia informatum. Qui de mandato prefati
Reverendiss: Dni nri Dni Patriarche fuit confir=
matus. Tandem vero eidem electioni, et inde se=
cutis se opponit quidam Dns Mattheus de Valvaso=
ne concanonicus noster quamquam novissimus, quem
putamus ad regimen Ecclesie nostre non valere,
eo quod de iuribus, consuetudinibus, atque moribus
Civitatis et Ecclesie nostre in spiritualibus et tem=
poralibus est maxime informatus, neque predictorum
est amodo docilis. Et Communitas, et Consilium et
Clerus huius Civitatis nullo modo revererentur
eumdem in Decanatu predicto, quem Cives hic ve=
lut Episcopum intuentur, in quo digni et clari Vi=
ri fuere Decani, nec illo assensu paterentur, quod
idem defectum patiens etc. tam venerabilem lo=
cum

cum assumeret. Ne igitur ex istis et aliis caussis Ecclesia nostra detrimentum patiatur, ac etiam ad obviandum scandalis que de facili in premissis tam in Clero quam Populo possent oriri vestre reverentie tamquam Patri et Fautori singulari, ex qua valemus, prece supplicamus, quatenus in premissis vestras ut speramus providissimas velitis interponere partes et operari, si possibile est, quod dictus Dnus Nicolaus decanus noster electus per Sedem Apostolicam confirmetur, vel eidem de ipso Decanatu de novo provideatur. In hoc facientes prout spes nostra in vobis est. Offerentes nos continuo paratos ad quelibet vobis grata.

Nb. Indict. VIII. in An. 1415.

Dat. in Capitulo nro die primo mensis Marcii VIII. Indictione

Devoti vri in omnibus

Nicolaus Philippus decanus, Can.ci et Capitulum Collegiate Ecclesie Sce Marie de Civitate Austrie.

Ex schedis praedictorum DD. Bojanorum.

Ab extra

Venerabili Viro Dño Ulrico Plebano in Radmanstorf Secretario nro dilecto.

Intus

Lodovicus Dei gratia scē sedis Aquilegen. Patha Electus, Dux de Tekch.

Secretarie nostr. dilecte salutem. Noveris quod nuper per adeptionem possessionis Decanatus Eclesie nre Aquilegen factam per Venerabilem Vicarium Nrum in spiritualibus, alios Decanum Civitaten. Decanatu ipso vacante, Venerabiles Viri ac dilecti Nobis in Xpo filii - - - Vicedecanus - - - Canonici et Capitulum eiusdem Eclesie ad electionem procedentes sibi elegerunt in Decanum Dnum Nicolaum Philippi dictum Beximparant eiusdem Eclesie Canonicum tamquam eum qui ab omnibus de Capitulo reputatus fuit valde utilis ipsi Eclesie, et qui de iuribus ipsius Eclesie est peroptime informatus

formatus. Cui electioni se opposuit quidam Dnus
Matthæus de Valvasono novus ymo novissimus
ipsius Ecclesie Canonicus, dicens sibi de eodem per
sedem Aplicam fore provisum quamquam nondum
habeat Bullas dicte provisionis. Quem Dnum Mat-
thæum ipsum Capitulum non reputat ipsi Ecclesie
utilem certis ex causis prout etiam ipsum Capitulum
suis litteris tibi scribit. Et etiam Consilium huius
nostre Civitatis Austrie videtur esse male contentum,
quod ipse Dnus Matthæus debeat illi Dignitati preesse,
que ut nosti, est hic quasi Episcopalis. Eapropter ad
obviandum scandalis que in ipsa Civitate Austrie
tam inter Clericos, quam Laicos de facili oriri possent.
Volumus quod per omnem modum honestum et pos-
sibilem operaveris, quod dictus Dnus Nicolaus bonam
parant electus ut prefertur, confirmetur per Sedem
Apostolicam de eodem Decanatu, eidem de novo pro-
videatur. Videmus enim ipsum dicte Ecclesie nre
Civitatem esse utilem omnino atque laudabilem
vita et honestum. Dat in nostra Civitate Austrie
die

die primo mensis Martii. Anno etc. XV. (Annus 1415 nº cap.)

Ex Authographo
servato in Tabulario Civitatis Utini.

Foris/ Nobilibus et prudentibus viris —— Capitaneo, Decem deputatis, Consilio et Communi Terre Nre Utini nostris Fidelibus dilectis.

Intus/ Lodovicus Dei gratia sancte sedis Aquilegen. Patriarcha electus, Dux de TekK.

Nobiles, prudentesque fideles dilecti salutem et gratiam nram. Ex nonnullis caussis arduis et necessariis, statum Nrum, et Ecclesie nre, ac totius Patrie Fori Iulii concernentibus, et presertim super reversione Ambasiatorum nostrorum de Constantia deliberavimus generale Parlamentum celebrare

in nostra

in nostra Civitate Austrie die dominico proxime fu-
turo ad octavam. Et ideo harum tenore vos requi-
rimus, et vobis seriose mandantes, ut sicut statum
nostrum et Ecclesie nostre diligitis ad dictum Par-
lamentum venire studeatis. Dat in Castro nostro
Utini die Martis octavo mensis Octobris. Anno
etc. M°. CCCCXV.

---

Inter Schedas DD. Bojanorum Civit. Aust.

à Tergo. Nobili et Egregio Dnō Conrado Boyano
de nrā Civitate Austria fideli nrō dilco.

Intus.) Lodovicus Dei gratia scē sedis Aquilegen
Patha electus. Dux de TekK.

Nobilis et egregie fidelis noster dilecte salutem
et gratiam nostram. Bacolinus namque termi-
num impositum per nos in differentia que est inter
Nobilem

Nobilem et egregium Militem D. . . — . . contra Odoricum de Spignimbergo, et providum Andream de Pitaculis de Terra nra Venzoni cum isto mense expirantem in quo credebamus aliqualiter proficere, et sedare discordiam, in quo tamen nichil de fine optato valuimus obtinere. Et ne aliqualis novitas inter partes ipsas veniat, curamus providere, cura sollicita fidelitatem vestram attente hortamur, quatenus ipsum Pitaculum velitis hortari, ut iuxta posse apud ipsum instare quod in differentia intuitu nostri in bono supersedeat usque per totum mensem proxime futurum, quoniam interim nos intendimus conferre ad partes superiores, et quod adhuc non est factum, speramus operari et obtinere, de quo partes ipse non immerito contentabuntur. Et quicquid in hoc esse potest, nobis litteras vestras rescribatis.

Dat in nra Civitate Aquilegie die XXIII. mensis Octobris. Anno etc. M. CCCC. XVI.

---

Inter

Inter Schedas praedictorum DD. Bojanorum.

Tergo. Nobili et egregio Conrado Boyañ Militi
de nrā Civitate Austr. nro fideli dilecto

Lodovicus Dei gratia scē sedis
Aquilegeñ Patriarcha.

Nobilis et egregie fidelis noster dilecte salutem et
gratiam nostram. Ad contenta litterarum tuarū
in quibus nobis pro parte Leonardi et Castroni
scribis. Tue fidelitati denotamus, quod à memo=
ria nostra non decidit id qđ fecimus, et diximus.
Sed cum prefati duo videlicet Leonardus et Castro=
nus nuper dum quidam familiaris Marescalli, dū
nostram
ad Civitatem ~~nostram~~ Austriam missus venisset,
ipsi fuerunt contra eundem verbis nocivis, et
armata manu prosequebatur eundem, ita
quod ausus non fuit propter eosdem et me Pa=
latium dicte nostre Civitatis recepta fuit per eos
eorum assentatio quod hic fuisse et ipse prefatus fa=
miliaris

miliaris dictus Iacet probare intendit. Quare eos=
dem Leonardum et Castronum ad aliquem Capitu
suprascriptum venire non volemus ex quo per
eos inceptum fuisse - - - &c. Dat. in Terra
nostra Utini die XX. mensis Augusti Anno etc.
XXIII.

---

In Archivo ut hic sup.

Tergo

Nobilibus et prudentibus - - - Capitaneo, Provisoribus, Consilio et Communitati nostrae Civitatis Austriae Fidelibus nostris dilectis.

Intus

Lodovicus Dei gratia sanctae Sedis
Aquilegen. Patriarcha.

Nobiles et prudentes fideles nostri dilecti salutem et gratiam nostram. Mittimus ad praesentiam vestram

tram Nobilem fidelem nostrum dilectum Alovisiu
de Strasoldo, cui commisimus nonnulla vobis vi=
ve vocis oraculo nostri pro parte explicanda.
Quare in ipsius dicendis et exponendis fidem cre=
ditivam adhibeatis pro hac vice. Dat in Castro
nostro Utini die .XVIII. mensis Iunii. Anno ve=
ro. XVIII.

L. H. F.

(Sigillum maius cum Aquila alis expansis
et circum litteris nomen Patha exprimentis.

Ut supra.

Tergo./

Dilectis Fidelibus nostris - - - Gastaldio=
ni, Provisoribus, Consilio, et Communi nrae
Civitatis Austrie.

Intus./

Ludovicus Dei gratia sce Sedis
Aquilegen Patriarcha.

Carissimi

Carissimi fideles. Intelleximus gentes armigeras Foroiuliam applicuisse. Unde fidelitatem vestram requirimus mandantes, quatenus sicut statum nostrum diligitis, unum vestrum nuncium specialem ad inquirendum de Gente huiusmodi, Foroiulia dirigatis, nobis subito rescribentes seriem veritatis. Dat. in nostro felici exercitu apud Spagninberch die XIIII. Octubris. Indictione secunda.

(Sigillum ut hic retro.)

---

In Arch.° Notariorum Civitaten. in quodam sacculo.

Tergo./ Venerabilibus Patribus Dnis.... Prelatis, Egregiis et Nobilibus, et honorabilibus Civibus Patriae Fori Iulii Amicis nris specialiter dilectis.

Venerabiles Fratres Dni Prelati Egregii Nobiles et Cives

✝ hec legi et transcribi debuissent sub initio Patriarchatus Dni Dni Ludovici prenominati.

et Cives honorabiles amici nostri specialiter dilecti. Jamdudum in mente nostra dolentes audivimus et vidimus guerras et divisiones in Patria vestra existentes maxime ob reverentiam Beatae Virginis sub cuius Dominio et protectione Ecclesiae et tota Patria Aquilegensis consistit. Et de novo compatimur percepto testimonio fide digno, quo aliqui de Patria vestra emuli et contrarii Serenissimi et Invictissimi Dni Nri Dni Sigismundi Romanorum et Ungarie Regis, et specialiter Tristandus de Savorgnano plura disturbia commiserint, et committantur in dicta Patria et specialiter et noviter in Terra Utini contra Cives Utinenses fideles dilectos eiusdem Serenissimi Dni nri Regis asserando predicta committere de voluntate et mandato prefati Serenissimi Domini Nri Regis - - - - - quo certificamus reverentias vestras et Nobilitates vestras, quomodo predicta non sunt commissa, nec committantur de voluntate

luntate et mandato Dni nri Regis ymmo sibi tam-
quam Principi et Dno iustissimo displicuerint, et
michi fortius displicebunt. Et ideo pro restau-
ratione et pacificatione dicte Ecclesie et totius
Patrie Aquilegen. vobis in Patriarcham dedit
et elegit Magnificum et Potentem Dnum Dnum
Lodovicum Ducem de Tekh prout colligere pote-
ritis tam per suas Regales Litteras, quam ex rela-
tione Dni Wenceslai Militis de Spilembergo et
Dni Lodovici de Cignottis ~~de Cignottis~~ de Utino
Legum Doctoris vestrorum Ambasiatorum de
cuius promotione potestis et debetis merito gau-
dere, quia divina gratia concedente Patriam ves-
tram pacificabit, et unicuique secundum opera
sua ministrabit et iustitiam faciet. Significamus
etiam quod statim et de presenti prefatus Dnus nr
Rex transmittit copiose suas Gentes ad vos, cum
quibus omnia predicta in melius reformabuntur.
Sitis ergo boni et virilis animi, et constantes in
fidelitate Dni nri Regis, et non apistatis dictis

enormitatibus

enormitatibus commissis per dictum Tristandum, sed resistatis, quoniam idem Dns noster Rex potenter et gratiose vobis subveniet, et non derelinquet. Ultimo noveritis, quod visum est nobis bonis respectibus et considerationibus quod prefatus Dns Wenceslaus repatriet. et dictus Dns Lodovicus revertatur ad Regem prout idem Wenceslaus horetenus vobis dicet.

Dat Bude XI. die mensis Aprilis Anno duodecimo.

Hermannus Cilie

et Segarieque Comes.

13.
Segoriç Comes, erit Comes de Sagor ... in Chroatia, ... Warasdini ... 

Ex chartis in predicto Tabul.° C. A.

Tergo./ Nobilibus et providis, viris .. Castaldioni, Provisoribus Consilio et Communi nostre Civit. Tergest. Fidelib. nris dilectis.

Intus./

Intus.) Lodovicus Dux de Dekk Dei gratia . . . . . . sce Sedis Aquilegn Patha electus.

Nobiles et providi fideles nri dilecti salutem et gratiam nostram. Certas querelas recepimus a quodam qui fuit familiaris Nicolai de Porris nomine Ade, qualiter ipse una cum predicto Nicolao in servitio vestri, equitavit Ungariam et ibidem remansit per quindecim ebdomadas, pro quo labore sibi promisistis cotidie dare decem soldos. Tandem iterum transivit ad Ortumbing, de quo sibi obligavistis sex libras soldorum, et de supradictis pecuniis non est adhuc solutus totaliter. Quare requirimus fidelitatem vestram seriosequae mandamus, quatenus predicto Ade de pecuniis sibi per vos debendis faciatis expeditionem, ne ulterius habeat materiam conquerendi, quia de facili exinde scandala possunt oriri. Et super premissis per latorem presentium vobis faciatis responsionem. Dat in Castro nro. Utini die x. mensis Aprilis Anno Dni etc. Mccccxiiij.

XIIIJ. Indict. septima.

Sigillum maj: cum Aquila
magis alijs appensis.

Rocat. chart. ut alias.

Caus. Viris Capitaleoni Pro
rioribus Civit. Austrie nostris
fidelibus dilectis.

Intus)

Lodovicus Dux de Dekk Dei gratia
S.te Sedis Aquilegen. Patriarcha electus.

Nobiles prudentes fideles dilecti salutem et gratiam
nostram. Propter nonnulla ardua incumbentia
statum nostrum Ecclesie nostre ac totius Patrie
concernentibus, deliberavimus et de nova
celebrare generale Colloquium in terra nostra
Utini ad proximam venturam diem Mercurii
que erit XXV. mensis Quare fide
litatibus vestris seriose precipiendo mandamus,
quatinus uti statum nostrum ad

proximum

proximum futurum diem prenotatum Mercurii ad predictam nostram sive - - - - - entiariis venire studeatis. Dat. in Castro nostro Utini die XXI. mensis Aprilis. Anno etc. CCCC. XIIII. Indicti one VII.

Dns Patha p. re
in Consilio.

Sigillo

Ex at. chart.ª ibidem.

Extus.

Nobilibus et prudentibus - - Castaldioni - - Consilio et Comi Civitatis nre Austre fidelib - - -

Intus.)

Lodovicus Dei gratia sancte Sedis Aquilegen. Patriarcha.

Nobiles prudentes fideles dilecti salutem et gratiam nostram. Mittimus ad fidelitates vestras fideles

nostram

nostrum Andream nostrum Canipanium presen-
tium ostensorem de nostra intentione informatu
cui in refarendis velitis fidem credulam hac
vice adhibere. Datum in Castro nostro Utini
die xx. Iunii. Anno etc. XVIIj.

sigillum maj:

Ex al: chart.ᵃ ibidem.

Extra./

Dilectis fidelibus nris -- Castaldioni
Provisoribus, Consilio et Coi nre Civit: Aust.

Intus./: Lodovicus Dei gratia sancta
Sedis Aquilegen Patha.

Fideles carissimi. Intelleximus quod Abbas Rosa-
censis rebellis noster fuit nuper in nostra Civi-
tate Austria, cupiens si posset à fidelitatis tramite
vos perverti, et quod vos et illius de Spegnimbergo
in eadem dampnatione constituti recipitis conti-
nue Ambaxiatores, et nuncios ad tractatus li tarè

et teneré

et Seuvé, de quo si ita est, admirari cogimur vehementer: Tenentes pro constanti, quod ipsi rebelles, vos, et fideles nostros alios ad eorum infidelitatem trahere conarentur. Et idcirco attento quod hec si vera sunt, nostro non cedunt honori, neque vestre fidelitati vestre districte precipiendo mandamus, quatenus dictos Abbatem et de Spegrinbergo, vel aliquos eorum nuncios in Civitatem nostram predictam aut cum eis aliquem facere tractatum nullatenus presumatis. ymmo vestre fidelitatis observetis constantiam, sicut de vobis precipue confidamus ac speramus. Sciatis autem hodie abhinc exercitum recessisse et versus partes superiores suos divexisse meatus. Et est verum quod heri cum Dno Duce fuimus personaliter in tractatu sed nichil proficere valuimus, nisi quod super tractatibus et petitionibus Dni Ducis que ardua sunt, habemus dilationem quattuor dierum ad colloquium congregandum. Cum itaque vos et alios fideles nostros super hiis

per alias

per alias nostras litteras requisiverimus ad proximam diem martii, fidelitatem vestram requirimus mandantes quatenus dicta die martii apud nos in Utino esse remota causa quali libet curetis. Datum in Castro nostro Utini die XII. Septembris. Indict. XIIII.

Sigill. majus

Ex al. chart. ut supra.

Extra/. Dilectis fidelibus nostris. Gastaldioni. Provisoribus Consilio et Communi Civitatis nostre Austrie.

Intus/

Ludovicus Dei gratia sancte sedis Aquilegen. Patria

Carissimi fideles: Receptis litteris vestris, et earum intellecto tenore, respondemus quod vos super facto talie vestre pro nunc modo aliquo

non

non intendimus excusatos habere, ymmo omnino ves=
trum taliam, et ultra si commode potestis, mostre
ordinate per nos et Consilium Colloquii generalis
volumus interesse. Evitare namque intendimus
rumores aliorum fidelium nostrorum qui ex eo
quod jam alias eidem mostre vestram taliam
non misistis, de nobis conqueri videbantur, potis=
sime quia vos inter alios commendamus, et plus
aliis vos dicimus fore obedientes: Unde si con=
cives vestri aliter nisi ut asseritis, ad dictam
mostram non volunt venire, eisdem sub certa
pena mandetis ut veniant, et vos eisdem provi=
deatis de expensis donec nobiscum permanserint
ut alii nostri fideles faciunt in premissis.
Datum in nostro Patriarchali Palatio Utini
die XXIII. Augusti. Indictione prima.

Al.° chart.° ut sup.

Tergo / Dilectis Fidelibus nris - - Gastaldioni
Provisoribus Consilio nre Civitatis Austrie.

Intus / Ludovicus Dei gratia sancte
Sedis Aquilegen. Patha.

Carissimi. Cras esse debent apud nos quattuor Am-
baxiatores Dni Ducis Austrie per nras litteras
affidati, qui valicto exercitu apud Pincham et
Arinsfeld hodie Goritie aduenerunt. Et quia
super exponendis per eos, cum maturitate et con-
silio fidelium nostrorum respondere intendimus
et super occurrentibus providere. Mandamus vo-
bis quatenus tres vel quatuor personas ydone-
as de vestris Concivibus prudentes qui tractan-
dis intersint et consulant. Ad nos die crastina
Utinum transmittatis. Dat. Utini die XXVI.
mensis Augusti. Indict. prima.

Al. chart. et quasi frustulat. ...
(ut hic retro) ..

Tergo

Prudentibus Viris .. Vicegastaldioni. Provisoribus, Consilio et Comi nre Civit. Aq.

Intus

Ludovicus Dei gratia ..... —
sedis Aquilegen Patriarcha — —

Carissimi. Pro parte hominum Canalis de Sclusa — — — — — — — — est quod cum ipsi victualia non habeant ad sufficienc — — — — — — — — et intendant currus suos Utini destinare, causa — — — — — — — ac alia opportuna supplicaverunt quod ut pro securo — — — — — — — — — emend... per ipsos comitivam congruam que ipsos — — ...... fare concedere deberemus. Unde cum per gala — — — — — — — gentes armigeras nos habere oporteat in — — — — — — — — Civitate vestra requirimus

mus; quatenus nobis saltem — — — —

— — vos die Veneris proxime venturo Utinum transmittatis — — — — — revertebantur. Rogamus etiam fideles nostros — — — — — — lanos, qui nobis pro galayto predicto fiendo talia — — — — — — expediens fuerit mittere, promiserunt. Vos etia — — — — — — — — nibus de Canali deficiare non possimus. Dat — — — — — — — — XXII. Iunii. Indict. XV.

---

Ex At. chart. ut ibi.

Tergo./

Nobilibus et prudentibus viris — Gastaldioni Provisoribus, Consilio et Comunitati nre. Civit. Aust. nostris fidelibus dilectis.

Intus.

Lodovicus Dei gratia sce. sedis Aquilegn. Patriarcha electus Dux de Teckh.

Nobiles et prudentes fideles n̄ri dilecti salutem et gratiam nostram. Fuit enim in Consilio nostro Par=lamenti proximè celebrato, cum nostris, delibera=tum, ut universi qui de Impositionibus teneren=tur solvere deberent termino ipsis dato, videlicet in Festo Epifanie Dñi, at ~~ipso~~ elapso ipso termino

Cum igitur certi vestri conci=ves, et specialiter Nicolaus de Portis procurator Ve=nérabilis Abbatissa Monasterii et Moniales Ci=vitate teneantur de dictis impositionibus etiam Egregio Dño Kunrado Boian

fidelitatibus vestris iniungimus et manda=mus ut ipsos vestros Concives, qui

tam Tulmini quam alio vestro Iurisdicti=onis solvere tenantur constringat ad solvendũ, alioquin si id facere neglexerint, elapso termi=no statuto non massarios suos, sed bona ipsorum propria pignor. - - - - - infallibiliter faci=entur, quod hii qui haberent satisfiant. Dat in Castro n̄ro Utini die mensis Decembris M.CCCC.XXVI.

Al: chart.ª ut sup.

Forij. Dilectis nobis --- Castaldio: ..
Provisoribus et Consilio Civit.
Austrie.

Intus. 7.

Ludovicus Dei gratia Sce Sedis
Aquilegen. Patriarcha.

Notificamus vobis harum tenore, nos hodie fu=isse ad colloquium cum Marsalcho et... Capi=taneis Dñi. -- Ducis Austrie, videlicet in cam=pestri Ecclesia Sancte Catarine prope Utinum. Et inter cetera ordinavimus quod die Sabbati pro=xime ventura nos oportet personaliter iter arri=pere ad eundem ad presentiam prefati Dñi Ducis pro concordia Deo nro pertractanda. Quod ut nobis grave fuerit considerare poterit quisque prudens. Tamen ut succurramus pro posse indempnitati Ecclesie et subditorum dispositi

sumus

sumus eis et personis onus omne, et periculum importare. propter quod vobis terram nostram et vestram Civitatem, et custodiam et curam sollicitudinis ipsius carissime recommendamus tamquam oculum nostrum dextrum. Rogamus insuper, et precipiendo mandamus, ut quantum potentis circa fortilicios iugiter laboretis, quia non sumus securi perficere quod optamus. Ulterius expedit quod serviamus ad cochinam Dni Ducis certam quantitatem boccum, de qua vos tangunt boves. XV. Ideo ipsos boves .XV. bonos et sufficientes, die sabbati predicta huc in Utino nobis infallibiliter presentetis, cum alii omnes dicta die suos immittant. Item similiter vos rogamus, ut eligatis duos sufficientes ex vobis qui pro nostro, et vestro honore, nos socient, et in dicto itinere nobis comitivam faciant, et quia similiter aliquos dicta occasione nobiscum de Utino adducemus.

Dat. Utini die XXV. Augusti.

Cetera que ordinata sunt, Stephanus Virgilii vob. oretenus annarrabit.

Inter schedas DD. de Soardis Utinen.

Lodovicus Dux de Tekk Dei gratia
sanctae Sedis Aquilegen. Patria electus.
Honorabili Thobiae de Sibillinis de Terra nostra
Utini salutem et gratiam nostram. Cum hoc sit
quod tempore vitae suae fidelis noster dilectus Le-
onhardus de Andriottis de Terra nostra Utini
nonnulla bona in feudum habitantiae Castri nri
Utini habuisset et tenuisset. — — — — inter
caetera unam domum Utini — — — —
— — — — damus — — ac tibi tuisque hae-
redibus concedimus per praesentem investituram
— — — — — — — —
Dat. in Castro nro Sophimbergi die XI. mensis
Augusti. Anno Dni. M°. CCCC. XIII. Indict. VI.

Universis — — Nos Philippus de Fontanellis
Vicedecanus, Can.ci et Caplm Aquilegen. — — appro-
bamus — — — suprascripta — — — sigillo
instrumus

iussimus nro Capitulari muniri.

Dat. in Capitulo nostro Aquilegen. die — — — — — —

Apud DD. Bojanos Nobb: Civit. Aust.

Lodovicus Dei gratia sc̃ae sedis Aquilegen. Patriarcha Electus Dux de Tekch. &c.

Secretarie nostre dilecte salt. Noveris quod nuper per adeptionem possessionis Decanatus Ecclesie nre Aquilegen. factam per Venerabilem Vicarium nrum in spiritualibus, alias Decanum Civitaten., Decanatu ipso vacante Venerabiles Viri ac dilecti nobis in Xpo filii — — Vicedecanus — — Canonici et Capitulum eiusdem Ecclesie ad electionem procedentes sibi elegerunt in Decanum Dnum Nicolaum Philippi, dictum Benimparait eiusdem Ecclesie Canonicum tamquam eum qui ab omnibus de Capitulo reputatus fuit valde utilis ipsi Ecclesie, et qui de ipsius Ecclesie iuribus est perоptime informatus. Ecc. Civitaten.

Cui

Cui electioni se opponit quidam Dns Mattheus de
Walwesono novus, ymmo novissimus ipsius
Ecclesie Canonicus dicens sibi de eodem per
sedem Apostolicam fore provisum quamquam non=
dum habeat Bullas dicte provisionis. Quem Dnm
Mattheum ipsum Capitulum non reputat ipsi Eccle
utilem certis ex causis, prout etiam ipsum Capitu=
lum suis litteris tibi scribit. Et etiam Consilium
secretius nre Civitatis Austrie videtur esse male
contentum, quod ipse Dns Mattheus debeat illi
dignitati preesse, que est nostri est hic quasi Epis=
copalis. Quapropter ad obviandum scandalis,
que in ipsa Civitate Austrie tam inter Clericos
quam laycos de facili exoriri possent. Volumus
quod per omnem modum honestum et possibilem
operaris, quod dictus Dns Nicolaus Canimga=
rant electus, ut prefertur, confirmetur per sedem
Apostolicam de eodem Decanatu eidem de novo
provideatur. Videmus enim ipsum dicte Ecclesie
nostre Civitatem esse utilem omnino atque lau=
dabilem

dabilem vita et honestum. Dat. in nra Civitate Austrie die primo mensis Martii. Anno etc. XV. — Sic anno MCCCCXV.

Tergo./ Venerabili Viro Dño Ulrico Plebano in Radmansdorf. Secretario nostro dilecto.

---

In Otio Forojulien. XLIII. pag: 192. et sequentibus vid: similem supradictae epistolae, et aliam ei consonam.

---

Ex at. chart.^e in Arch.^o Civit. F. Iul.

Foris./ Nobilibus Viris - - Castaldioni, Provisoribus, Consilio et Communitati Terre nostre Civit. Austrie fidelibus nostris dilectis.

Intus./

Lodovicus Dux de Teck Dei gratia sancte sedis Aquilegen. Patriarcha electus.

Nobiles Fideles dilecti salutem, et gratiam nostrā.
Vestras recepimus litteras sanè intellectas. Ad quas
fidelitatibus vestris respondemus, quod de vestris ope-
ribus et servicijs impensis Ecclesie nostre Aquilegen̄
meritis vestris et nobis estis multipliciter commen-
dandi apud Deum, mundum et nos. Et sic vos multi-
pliciter commendamus. Et ex certis iustis et legitimis
et necessarijs causis statum et ~~[illegible]~~ con-
servationem Ecclesie nostre, et vestrum concernen-
tibus fidelitates vestras hortamur requirimus, et
vobis mandamus ut fidelibus servitoribus nostris, et
Ecclesie nostre. Et sicut semper fuistis fideles nobis
et Ecclesie nostre. quod pro posse exforcia vestra face-
re studeatis, peditum et equitum, et nobis mittatis,
et quanto citius tanto melius ut Inimicis Regie
Maiestatis nostris et Ecclesie nostre resistere vale-
amus, et ipsos de territorio nostro fugere non haben-
tes respectum ad alios compatriotas si mittent vel
non; omnes tamen fideles nostros ad hec inducemus
Et in hoc vos taliter exhibeatis quod non immerito apud

Regiam

Regiam Maiestatem nos et Germanos valeatis commendari; ut indubie tenemus nullam habentes pro aliis excusationem. Valete. Dat. in Castro nostro Utini die penultimo Octobris. An. MCCCCXII.

(sigill. med.)

---

Ex orig. chartaceo in antedicto Archivio.

Foris/ Nobilibus Viris Gastaldioni Provisoribus Consilio et Comunitati Terre nostre Civitatis Austrie Fidelibus nris dilectis.

Intus/)

Lodovicus Dux de Teck Dei gratia sancte Sedis Aquilegen. Patha electus.

Nobiles Fideles dilecti salutem et gratiam nostram. Cum ad presens vacet, et iam pluribus diebus vacaverit Monasterium Sancti Petri de Rosacio nostre Aquilegen. Diocesis per obitum Reverendi Patris et Dni Dni Stephani de Mantarea ultimi Abbatis in dicto Monasterio et Abbatia, quare volentes ut tenemur,

dicto

dicto Monasterio de Abbate et Pastore ydoneo, et suf-
ficienti provvidere, ne dictum Monasterium, et bona
sua consumantur, et dilapidantur: Honorabili com-
missimus fideli et secretario nostro dilecto Volrico
Rectori in Ursen fidelitatibus vestris nostri pro
parte exponenda vive vocis oraculo, cui in expo-
nendis et vobis nostri pro parte explicandis velitis
et placeat ut nobis plane credere. Dat in Castro
nostro Utini die xij. mensis Octobris. Millesimo
iiij^c. xij^o. Indictione quinta.

(sigill. med.)

---

Ex folio in Arch^o. Notariorum Civitatis
servato inter varias

Nicolaus de Portugruario decretorum Doctor Decanus
Aquilegen per Reverendiss: in xpo Patrem et Illustrem
Principem et Dnum Dnum Lodovicum Dei gratia San-
cte Sedis Aquilegen Patriarcham electum Ducem de Teck
Causae - - - - - - Iudex Commissarius specialiter
deputatus

deputatus, discretis viris merici seu Potestati incolis et Comunitati de Ampetio Carnee salutem in Dno. Litteras Commissionis prefati Dni nri Patriarche eius vero sigillo munitas integras et illesas, omnique prorsus vitio et suspicione carentes, nobisque presentatas per discretum virum ser Ieronimum notarium de Tulmetio nuncium et advocatum Nob. viri ser Osualdi de Sbrojach Castaldionis honorabilis Carnee, nos cum ea qua decuit reverentia recepisse noveritis huiusmodi sub tenore. Lodovicus Dei gratia sedis etc. post quarum quidem litterarum presentationem et receptionem

— — — — — omissis [illegible] — — —

(causa seu dilatio)

[illegible] — — — [illegible]

Dat. in Civit. Austr. die XVIIII. mensis Iunii Indictione decima Millo IIIIc. XVIo.

Ex fragmento chart. in Tabulario

Civitatis Austriae. -

Foris.)

- - - - - Prudentibus - - Gastaldioni Praepositoribus Consilio et Comuni Civitatis Austriae nostris Fidelibus dilectis.

Intus.)

Lodovicus Dei gratia sanctae
Sedis Aquilegen Patriarcha -

- - - Fideles dilecti salutem - - - -
- - - vobis praesentibus introclusis - - - de theotonico - - - - - - quam nobis Capitaneus Belgradi transmisit - - - - - - - quod Inimici nobis spoliaverunt dando nostras villas videlicet Palazoli - - - - - - - - quia habuimus informationem à quibusvis rusticis predictarum Villarũ - - - - - - ipsius omnia eorum animalia conduxerunt ad montes, et homines reduxerunt

se

se ad [illegible] quod ipsi fecerunt isti de Belgrado. hoc putamus fore factum, quia isti de [illegible] et Argis fecerunt et intulerunt certa dampna, quare credimus quod Inimici ob hanc [illegible] ad vindictam. Dat in Castro nostro Utini die VIIII mensis Maji Anno [illegible] XVIII.

NB (hic sequitur alia pagella inclusa in predicta epistola, et ibi etiam exarata ut videtur.)

Reverendissime Princeps Dne Gratiose. — —
— — prenomin. Principatus vestri guerra, sicut Do quod illi de Portulatisana villarum Palazoli et Muzana bona tulerunt, sicut michi in veritate fuit intimatum hic — — — res Venetorum die hodierna circa undecimam horam ad Castrum Belgradi cucurrerunt et me maxime in una Porta laboraverunt ubi unum virum probum in-

terfecerunt

interfecerunt, aliquos captivos de Burgo, et tres acriter vulneraverunt, et etiam certa animalia deduxerunt. Nos etiam unum interfecimus de premissis Venetorum Gentibus, unumque captivavimus, et de ipsis certos, ac equos ipsorum sagittavimus. Rogo insuper gratiam vestram, si vos aliqua nova sentitis aut sencietis, illa per Nuncium presentium latorem michi nunciare velitis. Similiter ego gratie vestre facere et intimare intendo. Scriptum Belgradi in crepusculo noctis Dominica post Ascensionem Dni Anno etc XVIII.

Iohannes Kappenmaul vester benevolus servitor.

---

Iuri Kappmaul era Capitano di Belgrado nel 1418.

Ex Libro in folio bredina
pelle cooperto servato apud Nob.
D. Fabium Co: Asquinio Utinen.
pag: libro supradicti 46.

Lodovicus Dei gratia Dux de Tek Dei Gratia Sancte Sedis Aquilegien Patriarcha Secretis: Prudens Fidelis Noster dilecte salutem et gratiam nostram. Noveritis quod Nobis cum querela exposuit Nob. fidelis noster dilectus Nicolaus de Vendoio quod trahatur ad iudicium coram te, ad quod iudicium si venire non vult, venire non tenetur quia Nobilis est, et neminem habet pro Iudice ordinario nisi Vicarium Nostrum in temporalibus, eandem prerogativam habuerunt Precessores sui, et ipse à tanto tempore, quod memoria hominum non est in contrarium, et certam supplicationem Nobis in veniatis porrexit, quam tibi mittimus presentibus inclusam, et ideo tibi mandamus

ut homines

ut homines in eorum antiquis iuribus, et consuetudinibus dimittere debeas. et si ita est sicut dictus Nicolaus asserit coram te non facias convenire, sed ad iudicium suum permittas.

Dat in Terra Nra Utini die 15. Iulii MCCCC.XIII.

Et si ita non esset ad Nos accedas ad informandum Nos super ipsis de veritate, et dicto Nicolao restituas supplicationem. Et statim lecta littera Dni Nri Patriarche cum consilio iuratorum ipsum remisit ad iudicium coram Vicario in temporalibus Dni Nostri Patriarche.

Tergo./

Provido Viro Antonio Chachal de Venzono Castaldioni Nro Buie seu eius Vicario Strobius Fideli Nro Dilecto.

Antonius Not.s de Colloredo scripsit et extraxit de notis q. Federici Notarii de Colloredo Patris dicti Antonii eisdem commissis predictam Copiam.

Ex antedicto Libro pag: 142.

Talea Militie.

In xpi nomine Amen. Cavallaria ordinata per Rndum Patrem Dnum Henricum Episcopum Concordiensem, Ser Iohannem Paduanum, Ser Tresunum de Cucanea, Ser Macoram Philipussii et Ser Tobiam de mandato Revmi Dni Nri Patriarche, et Consilii Parlamenti: Qui quinque habuere dictam Cavallariam minuere pro hac vice tantum, et non augere, quamvis dictus Ser Iohannes Paduanus absens esset, tamen postea ratificavit.

Et primo Episcopus Concordiensis remanet in prima Estimatione videlicet in equis XVIII.

Dnus Abbas Sextensis facit equos VIIII.

Dnus Abbas Mosacensis facit equos VII.

Dnus Abbas Sextensis facit equos VI.

Dnus Abbas Beliniensis facit equos IIII.

Item

Item Prepositus S.ti Stephani facit equos. VII.
pro nunc dicitur quod solvat ducatos XV.
tantum.

Item Prepositus Sancti Felicis facit equum — I.
Item Prepositus Carnee facit equos II.
Item Capitulum Aquilegie facit equos XXII.
Item Capitulum Civitaten. facit equos XXII.
Item Capitulum Utinense facit equos — [illegible]iii.
Monasterium Maius Aquilegen. facit equos iii.
Monasterium Maius Civitaten. facit equos iii
Item Nobiles de Prata faciunt equos XVI.
Item Nobiles de Purciliis faciunt equos XVI.
Item Nobiles de Pelizinico faciunt equos XII.

sed pro nunc nihil aliud nisi illud
quod restant dare illi Dni de Zanna
videlicet Duc.ti XX.

Item illi de Ariano faciunt equos III.
Item illi de Maniaco faciunt equos VII.
Item illi de Spelimbergo faciunt equos XVIII
Item illi de Toppo faciunt equos II.

Item

Item illi de sancto Vito faciunt equos V.

Item illi de Stroiavaca faciunt equos. V.

Item illi de Salvarolo faciunt equos — — —

sed pro nunc nihil debent solvere, nisi

prius aliquid solvissent

Item illi de Cavoriacho, et de Villalta faciunt eq.^s III.

Item illi de Fagania faciunt equos V.

Item illi de Moruzzo faciunt equos II

Item illi de Triano faciunt equos. IIII.

Item illi de Brazzacco superiori, et infer.^i faciunt eq.^s III.

Item illi de Castro Pagani faciunt equos II.

Item illi de Colloredo faciunt equos XV.

Item illi de Melis faciunt equos VI.

Item illi de Pers et Susanno faciunt equos III.

Item Communitas S. Danielis faciunt equos X. cũ Nobilibus

Item illi de la Fratina faciunt equos VI.

sed pro nunc nihil solvunt nisi prius

aliquid solvissent.

Item illi de Prampergo faciant equos VI.

Frater et Nepotes nichil solvunt

quod tangit

equos tangit ducat. XVIII½ et ℥ VI½.

Item illi de Artenea faciunt equum I.

Item illi de Attemps faciunt equos V.

Item illi de Cucanea, Partistanio, Valvasono

faciunt equos XXIIII.

sed pro nunc defalcantur equi tres

S. Henrico et Fratribus.

Item illi de Spilimbergo faciunt equos VIIII.

Item illi de Manzano faciunt equos III.

Item illi de Castello et Tarcento faciunt equos VIIII.

Item illi de Varmo superiori faciunt equos III.

Item illi de Varmo inferiori faciunt equos I.

Item illi de Cergneo faciunt equos III.

Item illi de Soclevo ~~faci~~ Zucart, et Luincis

faciunt equos III.

Item illi de Zoppula faciunt equos III

Item Vassalli de Azzano faciunt equum I.

Communitates.

Communitas Aquilegie facit equos II.

Communitas

Communitas Civitatis Austriae facit equos XXVIII.

Communitas Utini facit equos LXXII.

Communitas Glemone facit equos XVI.

Communitas Venzoni facit equos X.

Communitas Tulmetii facit equos XIIII.

Communitas Montisfalconi facit equos III.

Communitas Sacili facit equos VI.

Ego Belfortis de Minutinis Civis Civitatis Austriae publ. imp.li auct.e Notarius premissa copiam talem fideliter extraxi ex Libris Parlamentorum olim S. Iacobi q.m Antonii Scapi de Tricesimo tunc Cancellarii R.mi D.ni Ludovici Patr.he Aquilegen. alias Ducis de Teck prout in quodam folio earum scripturarum inveni annotatum nil addendo, ideo in fidem omnium premissorum me subscripsi et hoc vigore authoritatis michi concesse per Mag.cum D.num Aloysium Bembo tunc Patria Foriiulii Locumtenentem Generalem

Senavalem signo nomineque meis appositis in testimonium predictorum omnium. etc.

omissis

Suprascriptum exemplum Taleanum Militie aliena manu eductum in alio exemplo subscripto de manu Dni Vincentii de Iustis Notarii Collegiati Utini cum signo et per me ascultatum Ego Petrus Contrinus Notarius matriculatus Utini subscripsi apposito signo et nomine meis in fidem die sexta Maii 1580.

Ex medio folio servato in Archivo

Civitatis Foriiulii - etc.

Foris nihil.

Intus vero:

Lodovicus Dei gratia sancte sedis Aquilegen.
Patriarcha. Fideli nostro ~~Dilecto~~ Ugolino Castaldi=
oni nostro nostre Civitatis Austrie salutem et gra=
tiam nostram. Cum vertente differentia inter fide=
les nostros Duringum de Attemps parte ex una, et
Petrum pelliparium de Civitate Austrie parte ex
altera nuper per ambas partes voluntarie et — —
— — omissis

Dat. in Castro nostro Utini die XVIII mensis Sep=
tembris. Anno etc. XVIII. Indict. XI.

Ex folio ut d.ᵗ volante, in Archivo
Notariorum Civitaten.
manu Philitini Notarii, et ind. ejus notas.

Nicolaus de Portugruario Decretorum Doctor Decanus Aquilegen per Reverendiss: in xpo Patrem et Illustrem Principem et Dnu Dnu Lodovicum Dei gratia sancte Sedis Aquilegen Patriarcham Electum Ducem de Teck - - - - - Iudex Commissarius specialiter deputatus discretis viris Marie Vice Potestati, Iuratis et Communitati de Ampecio Carnee salutem in Dno. Litteras commissionis prefati Dni nri Dni Patriarche eius vero sigillo munitas integras et illesas, omnique prorsus vitio et suspicione carentes, nobisque presentatas per discretum virum S. Ieronimum notarium de Tulmetio nuntium et advocatum Nob. Viri S. Osualdi de Fresach Castaldionis honorabilis Carnee, nos cum ea qua decuit reverentia recepisse nove-

vitis

ritis huiusmodi sub tenore. Lodovicus Dei gra=
tia Sedis etc. Post quarum quidem litterarum
presentationem et receptionem per prefatum ser
Ieronimum nomine dicti Dñi Capitaneris
fuimus cum instantia requisiti ut citationem
huiusmodi contra vos in forma debita decernere
deberemus, Nos igitur petitioni sue iuste, et con=
sonderationi annuentes, intendentesque in hu=
iusmodi presentis omnis causa procedere et utrique parti
Deo dante iustitiam ministrare

omissis

Dat. in Civitate Austr. die XVIII mensis Iunii
Indict. X. Anno. CCCC. XVII.

---

Ex folio servato in Arch.
Civitatis Foriiulii, foris signato:

Venerabilibus Patribus Dnis... Prelatis, Egre=
giis Nobilibus et honorabilibus Civibus

Patrie

4

Patrie Fori Iulii amicis nostris ... ...

specialiter dilectis

Venerabiles Patres Dni Prelati Egregii Nobiles et Cives honorabiles amici nostri specialiter dilecti. Iamdudum in mente nostra dolentes audivimus et vidimus guerras et divisiones in Patria vestra existentes maxime ob reverentiam Beate Virginis sub cuius dominio et protectione Ecclesia et tota Patria Aquilegensis consistit. Et de novo compatimur percepto testimonio fidedigno, quo aliqui de Patria vestra emuli et contrarii Serenissimi, et Invictissimi Domini nostri Domini Sigismundi Romanorum et Ungarie Regis, et specialiter Tristandus de Savorgnano plura disturbia comiserunt et committuntur in dicta Patria et specialiter ut noviter in Terra Utini contra Cives Utinenses fideles dilectos eiusdem Serenissimi Dni nostri ... asserentes predicta committere de voluntate et mandato prefati

Serenissimi

Serenissimi [illegible] domini nostri Regis per
certificandis redeuntis per Nobilitatem [illegible]
modo predicta non sunt commissa, nec committentur
de [illegible] mandato eiusdem Regis, immo
sibi tamquam Principi christianissimo [illegible]
displicuerunt et [illegible] fortius displicebunt. Et
ideo pro restitutione et pacificatione [illegible]
tie et sociis [illegible] Vobis in Patriar-
cham dedit et elegit Magnificum et Potentem
Dnum Dnum Lodovicum [illegible] de Tekh, [illegible]
colligere potentis [illegible]
[illegible] Dni Wenceslai mili-
tis de Spilembergo et Domino Lodovici de Cigno-
tis de Utino Legum Doctoris vestrorum Ambasiato-
rum de cuius promotione [illegible] et debetis mani-
to gaudere, quia divina gratia concedente Patriam
vestram pacificabit, et unicuique secundum opera
sua ministrabit et iustitiam faciet. Significamus
etiam quod statim, et de presenti prefatus Domi-
nus noster Rex transmittit copiose gentes suas ad

ut

us unusquisque omnia praedicta in melius re-
formabuntur. Sitis ergo boni et virilis animi
et constantes in fidelitate Domini nostri Regis et
non afficiatis dictis enormitatibus commissis per
dictum Tristandum, sed resistatis quoniam idem
Dominus noster Rex potenter et generose vobis sub-
veniet et non derelinquet. Ultimo noveritis quod
eum esse vobis bonis responsionibus et complacen-
tionibus, quod praefatus Dominus Wenceslaus repatri-
at, et dictus Dominus Ladislaus dirigentur ad Re-
gem, prout idem Wenceslaus narrabit vobis
dicere. Datum Budae in X die mensis [illegible]
Aprilis Anno Domini

Hermanus Cilie
Zagoriaeque Comes

~~Ex~~ folio servato in Arch... Superiori

Civit. Fori Julii

firm. signato

Nobilibus et prudentibus... Castaldio-
ni, Provisoribus. Consilio et Commu-
nitati nostre Civitatis Austrie Fideli-
bus dilectis.

Intus

~~Nobiles et prudentes Fid~~

Lodovicus Dei gratia Sancte
Sedis Aquilegen Patriarcha.

Nobiles et prudentes Fideles nostri dilecti salutem et gratiam nostram. Mittimus ad presentiam vestram Nobilem fidelem nostrum dilectum Aloysium de Strasoldo, cui commisimus nonnulla vestris vive vocis oraculo nostri pro parte explicanda, quare in ipsius dicendis et exponendis fidem creditivam adhibeatis pro hac vice. Datum in Castro nostro Utini die xviii.

martii

Ab exemplo [illegible]

[illegible]

Wenzeslaus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus et Boemie Rex. Nobili Ludovico Duci de Teck, Nostro et Imperii sacri devoto et fideli dilecto. Gratiam Regiam et omne bonum.

Nobilis, devote fidelis dilecte. Considerantes et cum diligentia attendentes quod propter carentiam et absentiam Patriarche sancte Aquilegen. Ecclesie Iura atque feuda eiusdem Ecclesie quamplurima propter taciturnitatem vestram non diversis viis atque modis ab ea Ecclesia que singulare quoddam et insigne membrum Romani existit Imperii et a Nobis velut Rege Romanorum et Sacro Romano Imperio immediate dependet in feudum alienentur, et abstrahantur in Regie Nostre Maiestatis dedecus et contemptum ac etiam predicte Sancte Aquilegen. Ecclesie preiudicium non modicum et iacturam quod tamen conniventibus oculis ac etiam sub silentio preterire nolumus, quin potius Nobis et Sacro Romano Imperio cuius solius divine

dignationis

dignationis dono feliciter possidemus, nec non pre-
dicte sancte Aquilegeñ Ecclesie super hoc de op-
portuno remedio salubriter providere. Tibi
igitur non per errorem aut improvide sed animo
deliberato, sanoque Principum, Baronum et Pro-
cerum Nostrorum accedente consilio de certa
nostra scientia et Auctoritate Romana Regia.
Regalia nec non temporalia sive Feuda Patriarcha-
tus dicte sancte Aquilegeñ Ecclesie cum univer-
sis eiusdem attinentiis cum mero et mixto Impe-
rio et etiam exercitio iuris temporalis, nec non
universis suis iuribus, honoribus, consuetudini-
bus, observantiis et pertinentiis, sicut ipsius sancte
Aquilegeñ Ecclesie Patriarche hactenus posse-
derunt, contulimus, et te de eisdem, tenore pre-
sentium ~~legitime~~ liberaliter investimus, volentes
et decernentes expresse quod tu nomine et loco
Patriarche predicte sancte Aquilegeñ Ecclesie
infeudatis per Nos, Regalibus, ac etiam tenore
presentium legitime investitus in conferendis feu-
dis et quibuscunque actibus regalia et temporali-
tatem Ecclesie predicte concernentibus plenam

habeas

habeas et exercere possis et valeas potestatem. Volumus tamen quod tu in Nostri absentia Nobili Federico Comiti de Ortemburg Patriae Forojulii Gubernatori nostro, et Imperii sacri Fideli dilecto, nrō nominē, et ad manus nostras facias et prestes corporalē fidelitatis, homagii et obedientie, ut moris est, solitum sacramentum. S. . . videlicet quod nobis et sacro Romano Imperio, et omnibus successoribus nostris Romanis Imperatoribus, sive Regibus legitime intrantibus, nec non Vicario Nro, quem ad Patriam Fori Iulii transmittendum decreverimus, fidelis et obediens esse velis et debeas, videlicet bonum nostrum procurando et damna nostra avertendo et omnia et singula faciendo, et in his Mayestati Nrē obediendo que predictē Ecclesie Aquilegeñ Patriarcha suo naturali, et ordinario domino facere assuetus est, et tenetur consuetudo, vel de iure. Quodque etiam si umquam personam nostram te visitare contigerit, aut noster in sacro Romano Imperio Vicarius generalis ad te pervenerit, quod tunc predictē sancte Aquilegeñ Ecclesie

Regalia

Regalia et temporalia de nostris Regalibus tu seu eiusdem Vicarii nostri manibus corporaliter recipias et nobis seu tibi praestes, ut moris est, fidelitatis homagii, et obedientiae solitum sacramentum.

Mandantes Universis et singulis Comitibus Baronibus, Nobilibus, Ministerialibus, Militibus Clientibus, Vassallis Officialibus, caeterisque Terrarum, Civitatum et Bonorum Patriarchatus dictae sanctae Aquilegensis Ecclesiae subditis cuiuscunque conditionis, Gradus, status seu Dignitatis existerint nostris et Imperii sacri Fidelibus, dilectis, praesentibus firmiter et districte observare quatenus ipsi tibi Ludovico loco et nomine Patriarchae eiusdem Ecclesiae Aquilegensis in omnibus tam in iudiciis, quam in aliis singulis exercitium Iurisdictionis temporalis concernentibus reverenter firmiter, et debitum parere et obedire debeant et intendere, difficultate et impedimentis quibuslibet penitus procul remotis. Praesentium sub Regiae Nostrae Maiestatis Sigillo testimonio litterarum. Datum in Praga Anno Domini Millo quadringentesimo decimo, die decima sexta Mensis

Aprilis

Aprilis Regnorum nostrorum Anno Boemie qua-
dragesimo septimo Romanorum vero tricesimo
quarto.

De mandato Dni Regis Conrado Epis-
copo Olom referente
Johannes de Bamberga.

---

Wenzeslaus Dei gratia Romanorum Rex sem-
per Augustus et Boemie Rex. Universis et sin-
gulis Comitibus, Nobilibus, Ministerialibus Mili-
tibus, Clientibus Oppidorum Villarum et Locorum
Communitatibus et Rectoribus eorumdem, ceterisque
Patrie Fori Julii Terrigenis Incolis et Inhabita-
toribus cuiuscunque status, gradus conditionis
seu preheminentie fuerint ad quos presentes
pervenerint, Nostris et Imperii sacri subditis
et Fidelibus Gratiam et omne bonum. Nobiles
et honorabiles devoti Fideles dilecti. Quia No-
bili Ludovico de Tekch nro et Imperii sacri
devoto et Fideli dilecto. Regalia et temporalia
sancte Aquilegen Ecclesie que insigne membrum
sacri

(error in numero Annorum. Apud Historicos varia sors et infelix)

sacri Sacri Romani existit Imperii, et à Nobys includ Rege Romano immediate dependet, in feudo contulimus, et de eisdem Regia auctoritate Romanâ de certa nostra scientia gratiose investimus prout ad ipsum in Regie nostre Mayestatis litterys sibi desuper datis luculentius continetur. Quare fidelitatem vestram seriose requirimus et hortamur omnino volentes quatenus predicto federico Loco et nomine Patriarche eiusdem Ecclesie Aquilegen̄ in omnibus tam in iudicys quam in alys singulis exercitium Iurisdictionum temporalem concernens reverenter firmiter, et devote parere obedire debeatis et intendere difficultate et impedimentis quibuslibet penitus procul amotis prout nobys singulariter complacere volueritis et Regie nostre Mayestati offensam evitare. Datum Prage Die XVIII. Aprilis Regnorum nostrorum Anno Boemie XI. Romanorum vero XXXIIII.

De mandato Dn̄i Regis.
Iohannes de Bamberg.

Wenceslaus

Wenzeslaus Dei Gratia Romanorum Rex
semper Augustus et Boemie Rex. Universis et
singulis Nobilibus Ministerialibus Militibus
Clientibus, Civitatum Oppidorum Villarum et
locorum Communitatibus et Rectoribus eorun=
dem, ceterisque Patrie Fori Julii Terrigenis In=
colis et Inhabitatoribus cuiuscunque status
gradus, conditionis seu preheminentie fuerint
ad quos presentes pervenerint nostris et Imperii
Sacri subditis et fidelibus qui aliis Nobili Fede=
rico Comiti de Ortimburg eiusdem Patrie Fori Julii
Gubernatori nostro et Imperii Sacri fideli dilecto
obedientiam prestiterint et nostro nomine constan=
ter et fideliter adhererent Gratiam Regiam et omne
bonum. Nobiles et honorati devoti fideles dilecti
sufficienter et ad plenum per nonnullos nostros et
Sacri Romani Imperii subditos et fideles de obe=
dientia et voluntate vestra spontanea, nec non fir=
ma constantia quam erga Nos et Sacrum Imperi=
um Romanum geritur et habetur edocti sumus et
fidelitati vestre gratiarum exinde multimodas

refferimus

referimus actionis. Nobilem etiam Ludovicum
Ducem de Dekch Nostrum et Imperii sacri devotum
et fidelem dilectum ad Patriarchatus sancte Aquil=
legen. Ecclesie, que insigne membrum Sacri Roma=
ni existit Imperii et a Nobis velut Rege Romano=
rum immediate dependet in feudum, apicem iuxta
predicti Federici Comitis de Ortimburg nostri et
Imperii sacri in predicta Patria Fori Iulii, ac
etiam prefate Aquilegen. Ecclesie Gubernatoris
fidelis nostri dilecti. Nec non desideria vestra
decrevimus favorabiliter promovere, tum etiam
per ipsius provisionem et confirmationem eiusdem
Ecclesie a Sanctissimo in Xpo Patre et Dno Dno
Alexandro Papa Quinto Dno Nro Reverendissimo
obtinenda, eidem Dno Nro Apostolico ad premissa
specialia direximus scripta nostra; signanter
et ad hoc intendere volumus quod Terrigene et
Incole Forijulii Federico et Lodoyco predictis obe=
dientiam prestare recusantes ad ipsorum obedien=
tiam debitam revertantur. Fidelitatem igitur
vestram seriose requirimus et hortamur in deside=
riis obtinendis quatenus in vestro inchoato proposito

prius

prout de vobis indubie confidimus obtinentis predicto Federico tamquam Gubernatori et etiam Federico prefato, vice, loco, et nomine Patriarche Patrie Forijulii et Ecclesie Aquilegeñ obedire, parere et consilijs et auxilijs assistere velitis et debeatis, dum et quando opportunum fuerit, et per ipsos fueritis requisiti. Volumus namque id ipsum erga vos successu temporis gratis favoribus reminisci. Datum Prage Die XVIj. Aprilis Regnorum Nostrorum Anno Boemie XLVII. Romanorum vero XXXIIIIto.

De mandato Dñi Regis

Johannes de Bamburg

---

Dño Alex.°

[illegible] Dño Alexandro. [illegible]

Sanctissime Pater et Dñe Reverendiss.e Aliàs Sanctitati Vestre pro Nobili Lodovico Duce de Tekch nrõ et Imperii sacri devoto et fideli dilecto, ipsum ad Sanctam Patriarchalem Aquilegen Ecclesiam promovendo supplicasse meminimus. In hoc tamen huiusque votivo nostro non sentimus desiderio satisfactum quamquam frustra Sanctitati Vestre pro dicto Lodovico tanta ferventia non supplicamus, presertim cum eodem Lodovico ad prefatam Ecclesiam promoto, nobis pandetur facilior aditus ad Vestre Sanctitatis presentiam personaliter adeundum.
